

ER

I

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

112

122

132

111P

143 L0

9/8K15

A V L I P E R S I

F L A C C I
S A T Y R I C O R U M

C E L E B E R R I M I

gravissimi, & difficillimi

S A T Y R A E V I.

*Ita illustrata ut à quovis facile intelligi
possint, commentariis.*

E I L H A R D I L V B I N I. Authoris

Dumnae; opus
libib; w; expur-
gatione in germij.
Diam. x; Copia:
patouium anti: 1702



A M S T E L R E D A M I
Apud Zacharium Heyns Bibliopolam.

M. D. X C V.



IN SYMBOLVM
D I V I A V G V S T I

σπεῦδε βραδέως

FESTINA LENTE
B X

EILHARDI HESYCHI
nomine depromptum
terpsichor. ill. a. v.
E. L.

HESYCHIDUM genus ē prisōis Sapientibus ortum,
Vel satis unius nominis indictum est.
FESTINARE jubet nomen te EILHARDE, sed illud
VT LENTE facias admonet HESYCHIE.
Malte Angusti angusto hoc Symbolo & omne; felix
Nominis uifque tu si memori hujus eris:
Felix, NON FACTO qui nunquam EILHARDE, dolebis,
Nec FACTO HESYCHIUM quem Metanea coquies.

Spectata pietatis, humanitatis,
& eruditionis juveni dn.

EILHARDO HESYCHIO
PATRITIO BREMENSIS
PRIMARIO
DISCIPULO MEO CARISSIMA
et cetera, et cetera.

CITVM illud Diogenis Cynici,
Eilharde suavissime, qui cum ali-
quando adiret statuas, & ab iis a-
liquid peteret; demirantibus cur
id faceret, respondit, ut consuescam non com-
moveri, ubi ab hominibus non impetro quod
peto. Idem hyeme nudis pedibus calcabat ni-
vem; quin & nudus statuas nive perfusas com-
pletebatur: astate vero in servidā harenā se vo-
lutabat: omnibus scilicet modis, & rationibus
se ad patientiam, & laborum tolerantiam ad-
suefaciens, & exercens. Sed quorsum haec, in-
quicis? Eò scilicet, ut coimpeditosam maximè,
& expeditam viam, & rationem ad veram do-
ctrinam, & scientiam, tibi praeam, & demon-
strem: Illud, inquam, quod Aristoteles ait Ethic.
ad Nicom. lib. 2. περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀει, η

DEDICATORIA.

tēχvū, n̄ d̄ p̄t̄. Ars, & virtus semper circa difficultiora versantur. Profectō, si hanc rationem, quā Cynicus ille usus, admirandam illam, & quæ pānē naturam humanam excedit, toleratiā consecutus est, in suis quisque studiis sui proponeret: Mirum quanto viae, quanto temporis, quanto laboris compendio, ad optatum studiorum portum, & metam appellerent, & contingerent. Ut autem insignis alicujus est dementiae, in vulgo & plebe versari, qui ad virtutem viam adfectes: ita non minoris stultitiae, obviis, & vulgaribus semper immorari, qui ad recondita illa auctorum, & vatum adyta penetrare possis; & malle turbidam è lacu aquam bibere; quā vivam è limpidissimo fonte. Quid multo verborum ambitu te detineo, difficillimos quoq; & Satyricos imprimis tibi adeundos cēs eo, & illos maximē pris̄cos, quorū & vita fuit honestior, & sermo purior: Sanè unde nō una ad te utilitas redundet. Nā ut taceam, quod tanquam ex perenni fonte, & locuplete penu, posteriores hinc sua ferē hauserint, & depromferint: hoc mihi velim consideres (quod quidē maximum) quòd non animum solum, & mores secundum virtutem conformare, & confirmare, hinc, ex Satyricis imprimis dictas, verū etiam

DEDICATORIA.

etiam plenam Latinæ linguæ cognitionem tibi compares, & pānē reliquos omnes, quotquot Latinē versā facundiā scriperunt, pleniū, & perfectius intelligas. Id quod vel de uno Horatio liquidō aq̄sim adfirmare, ut jam de nostrō hōc nihil dicam, qui profectō reliquos omnes, quotquot in genere hoc scribēdi, stylum exercuerunt sermonis obscurā brevitatem, figurarum, & Allegoriarum abstrusā difficultate, sententiārum profunditate, & pondere, longissimē superat: adeō ut Delio profecto notatore, quod de oratione illius Heracliti libro dixit Socrates, hīc opus esse videatur: & ob adfectatam hanc obscuritatem, apud doctissimos, nec adeō immerito fortassis, in reprehensionē noster Poëta incurrerit. Scaliger de ipso: Principio id edicendum est, nec quod fecit Persius, abstrusam ostentes eruditionem. Cūm enim id unum studiemus, ut meliores fiant boni, mali à nequitia deterreantur, quōnam consiliō eam instituam orationem, quæ ab auditore nō intelligatur? At qui tamen de eo pronunciat: P E R S I U S non vult intelligi, à nobis tamen intelligitur. Et scitum pariter, & ridiculū illud D. Ambrosii, qui cūm in Satyras Persi incidisset, nec ob profundam obscuritatem Poëta mentem adsequeretur; nō

DEDICATORIA.

quod Socrates de Heracliti libro, qui parē obscuritatem adfectaverat, dixit: *αὐτὸν συνηνεγένετο, οἷς τοι δὲ οὐκ ἀποτίνεις.* Quæ intellectu pœclaro mibi videntur, qualia puto & ea quæ non intellexi; sed indignabundus projecto in pavimentū libello; dixit: *Si no cupis intelligi, debes negligi.* Sed tamen quod Poëta hic nobis obscurior; si non imbecillitati ingeniorum hujus seculi, quod doctissimus ille Turnebus de se pronunciare non reveretur; certè priscis illis temporibus quibus hac, & de quibus scripta, acceptum referas; quorum ritus, mores & consuetudines, cum non coram intuciamur, sed gente, & moribus alieni & tempore longissimè posteriores, ea quasi per nebulam, ex historicorū monumentis, quæ saltuatim, & carptim quasi, interdum aliquid attingunt, introspiciamus: nihil mirum, si de illis scripta obscuriora nobis videantur. Tibi verò, Hesychio doctissime, cui initio hac, quemadmodum novisti, paraveram, his meis commentariis, tanquam face, in obscuro hoc labyrintho pœclo; quorū non te solum, sed quemvis etiam alium, vel sola lectione, mentē Poëtæ plenissimè adsecuturum, certò mihi persuaderim: Et porrò omnibus modis moneo te, & etiam atque etiam hortor, id imprimis des

Overain,

DEDICATORIA.

operam, ut Poëtam hunc plenè intelligas: Ex cuius labyrintho si te expediveris, non facile ailius quispiam laqueos collo injecerit: Et quem profectò Hectora si sustinueris, audacter pænè imperem: τας ἀλλες ἐρεπίζε, & de reliquis omnibus triumpha. Quod si hæc in parte à me aliquid præstatum, non exigua ejus partem Turnebo illi doctissimo adscripserim, cuius in difficiliores aliquot locos explicationes exstant: Ab aliis adjutum me palam fateor parum omnino. Commentaria, que alias in eum plura, certis de causis non adhibui. Frischlini Paraphrasin obiter tantum interdum inspexi: & quibus in locis ab eo dissentiam, in commentariis pleniū videre est. Sin vero alicubi lapsus, (quod non tam me fecisse fateor, quam doleo) dabis, & tu, & æquus lector venia: Et quis in labyrintho adeò obscuro, nō deviet, aut impingat? quis in lubricâ adeò viâ, nō titubet: præfertim, qui infirmis adhuc pedibus, & adeò fester & properet: Testis enim vel tu ipse mihi intra tres hebdomadas hæc mihi cæpta, & finita esse. Illud unicum addo, si par voluntati facultas adfuerit, perfectiora, & meliora tibi tam præclarè de me merito, obtulisse: Tu que tua facilitas, & humanitas, quicquid, & qualecur-

DEDICATORIA.

que est bene consulueris : si oblatum munitis
spectes, non adeò fortassis magnum, sed unde
tameri ad te magia utilitas redundare pos-
sit : Sin animum offerentis , profecto ma-
ximum ; qui quidem tuus quartus quantus
fuit, est, & erit, certè nunquam non futurus, &
olim hujus sui in te adfectus , & amoris speci-
mina , & documenta exhibitus , pleniora,
majora, & ut spero , meliora , idque Duce , &
Auspice DEO optimo, & maximo: cui te &
tua omnia , ex animo commando . Tu ater-
num salve , & vale , Hesychidum familiæ
flos, atque medulla , & quod facis me
amare perge, qui te nunquam
non. Lipsiae, Anno

1593.

Tuus

arev dōλz,

M. Eilhardius Lubinus
Oldenburgensis.

A. PERSII VITA.

VVLUS PERSIUS FLACCUS natus
est pridie Non. Decēb. Fabio Persio,
& L. Vitellio Coss. decessit 8. Ca-
lend. Decembris, Rubrio Mario, A-
sinio Gallo Coss. Natus in Etruriā Volaterris,
eques Romanus , sanguine, & affinitate primi
ordinis viris conjunctus , decessit ad octavum
milliarium viā Appiā, in prædijs suis. Pater eius
Flaccus pupillum reliquit moriens , annorum
ferè sex. Fulvia Sisennia mater nupsit postea Fu-
sio Equiti Romano: & eum quoque extulit in-
tra paucos annos. Studuit Flaccus usq; ad an-
num 12. Volaterris; inde Romæ apud Gram-
maticum Remmum Palæmonē, & apud Rhe-
torem Verginīū Flaccum. Cùm esset annorū 16
amicitiā cœpit uti Annæi Cornuti , ita ut ab co-
nusquam discederer: à quo introductus aliquat-
tenus in Philosophiā est. Amicos habuit à pri-
nâ adolescentiâ Cæsium Bassum, & Calpurniā
Staturam, qui eo vivo juvenis discessit. Coluit
ut patrem Servilium Numanū. Per Cornutum
ognovit Annæum etiam Lucanum, equærum

A

auditorem Cornuti. Nam Cornutus eo temp. Tragicus fuit, sectæ Stoicæ, qui libros Philosophiæ reliquit. Sed Lucanus adeò mirabatur scripta Flacci, ut vix retineret se illo recitante, à clamore, quin ea essem vera Poemata diceret. Serò cognovit Senecā, sed non ut caperetur ejus ingenio. Vtus est apud Cornutum duorum convictu doctissimorum, & sanctissimorum viorum, acriter tunc philosophantium, Claudiū Agatherni medici Lacedæmonii, & Petronii Aristocratis Magnetis, quos unicè miratus est, & amulatus, cùm æquales essent, & Cornuto minores. Ipse etiam decem ferè annis summè dilectus apud Thraseam est, ita ut peregrinaretur quoq; cum eo aliquando, cognatam ejus Arriam uxorem habente. Fuit morum lenissimorum, verecundiae virginalis, formæ pulcræ, pie-tatis erga matrem & sororē & amitā exemplo sufficientis. Fuit frugi & pudicus. Reliquit circa H S X X. matri & sorori: scriptis tantum ad matrē codicillis, rogavit eam ut daret Cornuto festertia, ut quidam dicunt, centies: utalij voltū, argenti facti pondera viginti, & libros circa septingentos. sive bibliothecam suam omnem. Verum Cornutus sublatis libris, pecuniam sororibus, quas frater hæredes fecerat, reliquit. H

rarò & tardè scripsit. Hunc ipsum librum imperfectum reliquit. Versus aliqui dempti sunt in ultimo libri. & quasi finitus esset, leviter recitavit Cornuto: & Cæsio Basso petenti ut ipse ederet, tradidit edendū. Scripserat etiam in pueritia Flaccus Prætextam, & Οδοιπορικῶν librū unum, & paucos sororū Trascæ in Arriam matrem versus, quæ se antè virum occiderat. Omnia autem Cornutus auctor fuit matri ejus, ut aboleret. Editum librum continuò mirari homines, & deripere cæperunt. Decessit autem vitio stomachi, anno ætatis x x x. Sed mox à scola & magistris deverterat, lecto libro Lucillii decimo, vehementer Satyras componere studuit, cuius libri principium imitatus est, sibi primo mox omnibus detractatis, cum tanta recentium poetarum & oratorum insestante, ut etiam Neronem culpaverit, cuius versus in Neronem cùm ita se haberet,

Auriculas Afini Midarex habet.

in hunc modum à Cornuto ipso tantummodo est emendatus, Auriculas afini quis non habet? ne hoc Nero in se dictum arbitraretur.

⁴
JOHANNIS MVRMELII
RVREMVDENSIS, IN AVLI PERSIC
Prologum, & Satyras Argumenta.

Commendat, ridens alios, prefatio uatem.
Nobilium prima mores taxantur incepit.
Carpit auaricie mala vota, precesq; secunda.
Tertia desidiam juvenum, fastusq; lacebit,
In quarta stultus Rex, Censoresq; notantur.
Cornutum laudans aperit penultima servos.
Ultima perparcum Satyra insectatur auarum.

ÆLII ANTONII NEBRIS-
SENSIS IN SATYRAS.
Argumenta.

PRIMA poetarum mores, & tempora mestras.
Quiaque optare decet, quid non optare, secunda.
Tertia virtutis juvenes inflammat amore.
Rem populi ignaros prohibet contingere quartा.
Quinta docet, quis sit liber, quis sit quoq; seruus.
Ultima, ob heredis curum, castigat auaros.

IOANNIS PIERII, VALE-
RIANI BELLVNE N S I S
in easdem Argumenta.

PRIMA leveis carpit vates, mollēmque Neronem.
Altera spes vanas, & inania vota, precēsque.
Tertia cessantem circa preclara juuentam.
Censores quarta insanos, & facta Neronis.
Quinta hominum in vanos diversa negotia rebus.
Duriter impransos sexta insectatur auaros.

AVLI



AVLI PERSII FLACCI SATYRAE.

PROLOGVS.

Nec fonte labra proluic caballino;
Nec in bicipiti somniaesse Parnasso, nec ruci.
Memini, ut repente sic Poëta prodire.
Heliconidasq; pallidamq; Pirenæ * al. Heli-
conidasq; Illis * relinquo, quoru imagines läbunt † Al. Pyre-
næ, analè. * al. remit-
to. † offero.
Hedera sequaces: Ipse semipaganus
Ad sacra varum, carmen afferro nostrum.
Quis expeditivit p̄fittaco suum x̄tēs?
Corvos quis olim concavum salutare?
Picasq; docuit nostra verba conari:
Magister artis, ingenique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quod si dolosifspes* refūgerit nummi,
Corvos Poëtas, & † Poëtrias picas
Cantare † Pegaseum uelos erdas.

*refulgast
tvulg. Poë-
tridas, sed
male Poë-
tidas.
"cernas Pe-
galeium.

COMMENTARIUS.

Qum omnibus Satyricis usitato more re-
ceptum sit, concio, tecto, Allegorico

A 3.

sermonis genere uti; tamen ceteris omnibus A. Persius obscurior est. Etenim quām profundā, abditā, nec cuivis discutiendā obscuritate, totum hoc suum Poëma, quod Aenigma aut Labyrinthum fortassis verius dixeris, ex composito involverit; vel hic Prologus indicio esse poterat, qui tot perspicacibus calliginem offuderit, tot ingenia exercitatissima, exercevit, & etiamnum exerceat. Sanè quid Proemio hoc, quod Satyris suis prætexuit, Persius intendat; de illo tot fere judicia, & conjecturæ, quot judices, & conjectores. Nam, ut multis diffusissimis, & maximè verbosis Commentarijs consultò missis, pauca, sed potiora excerpam; Quidam Poëtam tecētē innuere arbitrantur, se inopia compulsum ad carmen scribendum venire; Alij ipsum quorundam stultitiam ac fortes taxare, autumant, qui sine ullo labore Poetam nasci existimant, ipsi nihil interea cuiquam donantes. Quid verò hic statuendum, penes doctum lectorem fuerit; mihi sanè conjecturæ illæ ineptæ videntur. Nec existimandus enim Persius, vel in re adeò tenui natus, ut ventris placandæ famis gratiâ, carmen conscriperit; vel tam stupidus, ut Satyris scribendis opes acquirere speraverit; vel deniq; tam parvi & abjecti animi, ut, quod in alijs reprehendit, lucri spe oblatâ, carmina adulatoria indignis, contra quām sentiret, scribere unquam voluerit. Nam & si grave aliquod Heroicum Poëma. & carmen assentatorium, quod alijs magnis Poëtis non sine morsu, se relinquere dicit, voluisse conscribere; præter rem profectò de quorundam fortesibus conquestus fuisset, quippe cum Artotrogi, & Gna-

Gnathones ejusmodi, semper suos Pyrgopolinices, & Thrasones inveniant, qui sāpe tota etiam patrimonia in *κόλασις* profundunt. Quare doctissimo Turnebo, & Frischlino, qui in docta illâ suâ *παραφέρεται*, eum ex parte secutus, & alijs luberi assentior, qui dicunt Poëtam hoc se Prologo excusare, quod non grande aliquod Heroicum carmen pangat, & rationem reddere cur potius Satyram scribat: Nempe Persium se suo modulo ac pede mensum, cum semi-paganus tantum Poëta sit, subrusticum & tenue carmen, quod Poëmatis nomine vix dignum (ut Horatius testatur libr. I. Sat. 4.) ad sacra vatū adferat, sine re, sine honore, conscribere; Magnas autem res gestas, & magnorum virorum Elogia, magnis illis Poëtis relinquere, qui cum aquam Aganippes biberint, & in Parnassō monte somniarint, repentina Poëtico *ίρης Καιρού* afflati, Vates excellentissimi evestigio evaserunt; ac proinde, grandibus, tumidis, & in honorem & laudem principum decantatis Elogijs & blanditijs, aurum & statuēs hederā coronatas sintemeriti. Interēt tamen eos Satyrico morsu acriter perstringit; Eos non tam Poëtico furore, quem tam bellè mentiantur, quām rerum inopia correptos, atque adeò quibus venter, non Apollo magister artis existiterit; ac proinde, si à nobili ac prædivite Mæcenate, liberale aliquod pecunia honorarium proponeretur, fore ut tot boni Poëtæ subito existant, quod sunt mali, imò ut Poetas corvos, & Poetridas picas, videremus cantus Pierios fundere. Et hac quidem ratione Prologus hic prima Satyræ argumenti vicem quodammodo obtinuerit. Sed his præmissis,

de quibus doctioribus judicare integrum, ad verba Poetæ accedam.

1. *Nec fonte labra &c.*) Quod est : Nec Poetam me esse factorem, nec carmen aliquod Heroicum & subiime scripturus prodeo, quippe qui nec aquam Aganippes biberim, nec in bicipiti Parnasso dormiendo, in somnijs cœlesti aliquo numinis adflatu unquam correptus sim. Est autem Fons Caballinus, in monte Helicone Boeotiae, qui mons juxta Thebas situs, Phocidi vicinus, nec procul à Parnasso, cui & altitudine & circuitu æmulus (ut apud Strabonem lib. 9. videre est) Apollini & Musis sacer. Caballinus autem dicitur, à Pegaso, vele quo alato, qui in eo monte ungulâ saxum feriens, primitus eum fontem aperuerit.

Preloria.) Poeticè pro bibi Horat. Præcordia melius prolueris leni mulso. Ex pro & lavare compositum.

2. *Nec in bicipiti Parnasso.*) Parnassus mons in Phocide, Baccho & Apollini sacer. Biceps autem dicitur, quod habeat duos vertices. unū Thithorea, alterum Hyampeum appellatos.

Somniasse.) Sic Ennius de se credi voluit, in bicipiti hoc Parnasso Homeri animam μητρυνχόνι quādam novā per somnium accepisse. Et Hesiodus de se gloriatus, in hisce montibus Hippocrenen se potasse, & ab ipsis adeò Musis eruditum. Vnde de se 2. ἔγγονος γένεται μὲν θάλασσα ἀθεοφάλος οὐρανὸς ἀπέδει.

Musa me dios docuerunt fundere canthus.

4. *Heliconidasq; Pallidamque &c.*

Heliconidas, id est Musas, quod iis mons ille Helicon sacer.

Pal-

Pallidamque Pirenē.) Pirenē hoc loco, per inostrum non y, ut fere in omnibus exemplaribus invenio, scribendum validè convincit ratio, tum carminis, ibi syllabam longam requirens, cùm in Pyrene, prima sit brevis, tum etiam rei ipsius, cùm Poeta non loquatur de Pyrene filiâ Bebrycis ab Hercule compresâ, quod quidem absurdum; sed de Pirene, quæ fons in Helicone, teste Suidâ, cùm dicit :

Παιεῖσθαι δύομα πηγῆς καλλαερός.

Pallida autem ob colore in dicitur, qui fit in λευκῇ ζωτῇ μητρῷ. ex albi & flavi commixtione, vt Plato dicit in Timao. Est autem huic colori nullus contrarius, & aquæ est peculiaris, ut & Aristoteles in Prædicamentis testatur, dum inquit, ὁ χῶρος πολαρίς γενέσται. Flavius pingitur pallidus.

5. *Illis relinquo.*) Scilicet qui digni sunt habiti, statuis, ac imaginibus hederâ coronatis, qui ope & auxilio Musarum ac Apollinis indigent, & qui in Procemijs magnorum ac sublimium Poematum divinos simulant instinetus acfurores; cuius rei exempla paßim invenias. Virgilius,

Musa mihi causas memora.

Silius, — da *Musa decus memorare laborum*
Antiqua Hesperia.

Statius verò, — *Pierius menti calor incidit; unde*
jubetis

Ire Dea.

Et Palingenius : *Mens mea nescio quo jam dudum*
impulsa furore, &c.

6. *Sequaces.*) Vel quod, quæ illarum natura est, se spargendo dilatent, & crescendo muros ac arbo-

res, quas semel cōprehēndendo implicuerint, quasi sequantur; qua ratione à Virgilio serpentes & errantes etiam appellatas putem; Vel potius, quod immetitos sāpe ac indignos iste honos hederā coronari comitetur, ac nimis facile sequatur; ut in Fannio illo apud Horatium videre est.

Lambunt.) circumfusa attingunt: vel etiam illorum imaginibus implicitæ ad blandiantur, ac voluntatis sint, & quæ gloria illas statuas quasi titillet. Solabant autem illæ statuæ ac imagines in æde Camænarum collocari, vel si Poëtæ à Senatu approbarentur, capsæ & imagines sāpe eis ultrò offerebantur, ut libri eorum & imagines in publicas Bibliothecas referrentur.

Ipsæ sempaganus.) rudis ac plebeius Poeta, accum nemine illorum comparandus; qualem se per modestiam appellat.

7. *Ad sacra vatūm.*) Vel, ut sentit doctissimus Turnebus, quod Poetæ se sacros dicunt. Ut Ovidius de se 3. Amorum, Eleg. 8.

At sacri vates, & Divum cura vocamur.

Et de Silio Martialis lib. 7. Epig. 62.

Sacra coiburnati non attigit ante Maronis:
Et sacra ferre ut Sacerdotes se prædicant. Ut Ma-
rio 2. Georg.

Me verò primum dulces ante omnia Musæ

Quarum sacra fero.

Vel ut sentit Frischlinus & complures alij, quod in ædem Camænarum, vel Apollinis Palatini, sua hæc carmina adferat, & cum aliorum Poetarum libris conjungat. Nisi fortè intendat sua carmina Dijs
& uti-

& utilitati Reip. sacra & devota; quæ non pessimo cuique adulando, publicè recitata, statuas, honorem & opes venentur; sed quibus vitia civitatis sanentur, ac suos quisq; mores ac studia emendet, atque corrigit. Nec enim dubito, in hisce verbis aliquid latere, quod non animadversum, totum hoc Proœmium obscurius reddat. Sed pergo.

8. *Quis expeditivit Psittaco.*) Psittacus avis ex India; aut occidui Oceani insulis, vocem humanam mirò naturæ artificiò exprimens; De quo vide Apuleium libr. 2. Et Plin. lib. 10. cap. 42. Et Varr. 1. de re Rust. cap. 9. Martialis lib. 14. in Psittaco,

Psittacus à vobis aliorum nomina dicas

Hoc per me didici dicere Cæsar ave.

Expedivit.) id est, extorsit, vel produxit & protulit, vel etiam perfecit & absolvit.

9. *Corvo quis olim.*) Hunc versum Frischlinus inserendum notavit, unde desumptum, equidem ignoro. Ridiculum autem pariter & jucundum, quod de hujusmodi oscinibus refert Macrobius, lib. Saturn. 2. cap. 4. Qui locus cùm hoc propriè spectet, eum hoc loco etiam inserere non alienum fuerit. Cæsar Augustus, inquit Macrobius, sublimis Aetiacâ victoriâ revertebatur; occurrit ei inter gratulantes corvum tenens, quem instituerat hoc dicere: *Ave Cæsar vi-
ctor Imperator.* Miratus Cæsar officiosam avem vi-
ginti milibus nummum emit. Socius opificis ad quæ nihil ex illa liberalitate pervenerat, affirmavit Cæsa-
ri, habere illum & alium corvum, quem ut afferre co-
geretur rogavit. Allatus verba quæ didicerat ex-
pressit: *Ave vi-
ctor Imperator Antoni.* Nihil exaspe-

ratus satis duxit jubere illum dividere donativum cum contubernali. Salutatus similiter à Plittaco emi jussit eum. Idem miratus in pīcā, hanc quoq; redemit. Exemplum sutorē pauperē follicitavit, ut corvum institueret ad parem salutationē : qui impendio exhaustus saepe ad avem non respondētem dicere solebat : *Opera & impensa perīt.* Aliquando tamen corvus cāpit dicere dictatam salutationē. Hāc auditā dum transit Augustus, respondebit: Satis domi salutatorū talium habeo. Superfuit corvo memoria, ut & illa quibus dominū querentem solebat audire, subtexeret : *Opera & impensa perīt.* Ad quod Cæsar risit, emique avem iūsſit, quanti nullam adhuc emerat. Hāc Macrobius. Vocabēl corvum à sutorē quodam interemptū, pom-pā funebri, & exequiis ad rogum allatum. vide apud Plin. lib. 10. cap. 43.

(*Concavum salutare.*) Concavum nī fallor dicit, quod vox in ore corvi tanquam specu, obscuretur, & quasi in recessū audiatur, quod Græcis *κοιλαστρη* appellatur.

10. *Picas.*) De pīcā exemplum ex Macrobio modō citatum.

11. *Magister artis &c.*) Nempe inopia rerum necessariarum vel ventris ingluvie laborant; nec tam furore Poëtico, quām fame ventris stimulantur, nec tam Apollo ipsis magister artis, quām / ut cum Xenophonte loquar) *πενία τε φία καὶ λόγιας,* Paupertas sapientia quæ citra doctorem contingit, & quæ juxta Theocritum *τὰς τε χρυσαὶν ἵψες,* excitat artes. Et verissimum profectō quod dixit Virgilius,

=labor

- *labor omnia vincit*

Improbis, & duris urgens in rebus egestas.

Nec falsus verificulus ille Græcus ,
πολλῷ διάφανος γίγνεται διδάσκαλος.

Magistra multorum improba exigit famēs.

Certè hominem experimulta paupertas jubet, ut rectē Mimus. Verū utinam omne hoc rerum necessariarum, & paupertatis evitandæ gratia fieret; & non venter ac luxuria artes excitaret. Certè si unquam locum habuit illud sapientissimi Seneca, quod codem pānē tempore exclamavit : *D a v s bone!* quantum hominū unus venter exercet! hoc nostro tempore habere debuit, quo propter nummos, ventrem & luxum nihil non tentant ac moliuntur homines ipsi ventres ; & quod dictū nefas, etiam illis qui Philosophi audire cupiunt, artes etiam liberales ad æs exeunt; non sine morsu ejus, si jam vive-ret, qui olim dixisse perhibetur: *Male miser pereas,* qui ex liberalibus sordidas, castis meretrices effec-ris. Huc accedit illud malorum pessimum, quod plerisque, immò omnibus, major famē quām ven-ter. Sed ne videar petulantē splenē cachinno, *τὸ σὺν, & Satyræ Satyram intexere, pergo.*

12. *Negatas artifex sequi.*) Qui venter artifex in sequendis vel exprimendis vocib⁹ à natura negatis. Artifex sequi. usitatus Græcismus. Sic enim Græci *δεῖνας εἰπεῖν οὐ λέγει.* Et apud Agellium, *Οὐ δεῖνας λέγει,* *ἀδύνατα δὲ οὐ γάρ.* Nec validus loqui, & impoten-tissimus tacere.

13. *Quod si dolof.*) Scilicet pecunia omnia, quæ rerum ac mundi domina, subjecta, quæ in ipsam na-

turam etiam imperium sibi arroget.

Dolos nummi.) Nummus vel numus à numero, dolosus hoc loco appellatur, quod & ipse dolos struat, & ob ipsum doli struantur, certi qui nullius non mali generi mortalium auctor; ut revera tunc aureum seculum fuerit, quod aurinihil quicquam uspiam exstitit.

14. Corvos Poëtas.) Versum illum nonum inferendum hinc corvorum mentio non obscurè demonstrat. Dicit autem tantam esse auri viam, ut si ejus fulgor resplendeat, & spes oblata sit, corvos etiam & picas non solum voces hominum, ut superius, imitari; sed etiam cum cyano cantu depalmâ decertare, & cantus Pierios fundere, videres.

Per corvos autem & picas intelligit hoc loco ambiguè magnos illos Poëtas, quorum, ut suprà dixit, imagines lambunt hederæ sequaces, sèpè indocti, humiles, & plebei, & vilia mancipia, quinon secus ac corvi, & picæ suis dominis Thrasonibus ineptè & turpiter ob exiguum sèpè lucellum ad blandiantur, quibus si non modica tantum annona ad victimum datur, sed liberale aliquod pecunie honorarium proponeretur, non inepto & vulgari carmine more picarum ac corvorum dominorum suorum laudes decantarent; sed arduum aliquod ac sublime poëma, ab Apolline & Musis ipsis ad Pirenem & Hippocrenem vel Pegasi fontem, elaboratum, & suis numeris absolutum, componerent.

Spes nummi resulserit dicit, quod aurum & nummis splendeant vel fulgeant.

Poëtidas male legendum autem, vel Poetrias, vel

vel Poëtidas, nam istud nusquam invenitur.

15. Cantare Pegasiū melos credas.) Sic salvis omnibus verbis ac sine Poete in commodo, ductu & auspicio doctissimi illius Turnebi, ultimum hunc versum ordinavi, offensus titubante versu, cum non verisimile sit solum Persium μέλος produxisse; licet alij excusaturi proferant illud Homeri Il. 6. -- ἀλλος διτάξει τεῦχοντες; & illud Virg. 3. Aen. *Liminaque laurusque Dei.* Cum ibi eadem facilitate legatur αὐτὸς διτάξια. Et hinc alia ratio sit in diversis, alia in una dictione. Nam quod Politianus lib. 12. Epist. scribit, pro melos se reperiisse nectar, & Turnebus se supra scriptum fatetur reperiisse, sed non dubitare qui supra scripterat, illud de suo addiderit, eo quod αὐτὸς videatur cantare nectar, & què ac cantare ambrosiam. Sed satius est ne de syllabis rixemur, labore versum, quam sensum.

S A T Y R A P R I M A.



Curas hominum! o quantum est in rebus inane!
 inanis?
 quis leget hac min' tu istud ait? nemo Hercule. nemo? (le!) quare?
 Vel duo, vel nemo. turpe & miserabi-
 INemiki Pulydamas, & Troiades Labeonem
 5. Pretulerint. nuge. non si quid turbida Roma
 Elevet, accedas: examen ve improbum in illâ
 Castiges trutinâ; nec te quasiveris extra.
 Nam Roma quis non? Iah si fas dicere: sed fas
 Tunc, cù ad canitię, & nostrum istud vivere triste
 al. ac.
 al. 2, si fas.

ac nuc.¹ Aspexi, & nuncibus facimus quecunquer elictis,
 bus. Cum sapimus patruos: tunc, tunc. Ignoscite; nolo.
 Quid fa-
 ciā, si sum. Quid faciam? sed sum petulantī splenē cachinno.
 Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
 Grāde alig d, quod pulmo anima prelargus anheles:
 I hōe. Scilicet hec populo pexūs q, togāque recenti,
 Et natalitiā tandem cum Sardonyche albus
 legens. al. Sede || leget celsā, liquido cum plasmate guttar
 leges.
 + collueris. Mobilet collueris, patranti* fractus ocello:
 * factus. Hic neque more probo videoas, neque voce serenā
 tunc. Ingentes trepidare Tatos, cūno carmina lumbum 20.
 Intrant, & tremulos calpuntur ubi intima versat
 Tun' vertule auriculis alienis colligis escas?
 Auriculis, quibus & dicas cure perditus: ohe,
 Quo didicisse; nisi hoc fermentū, & qua semel intui
 Innata est ruptio jecore exierit sacrificus? 25.
 En pallor, seniumq, O mores! usque adeóne
 Scire tuum, nibilest, nisi te scire hoc, sciat alter?
 At pulcrum est digito monstrari, & dicere, hic est.
 Ten' cursorum centum dictata fuisse
 pendes. Pro nibilo* pendas? Ecce inter pocula querunt 30.
 Romulida saturi, quid dia Poēmata narrant.
 Hic aliquis, cui circū humeros hyacinthina lana est,
 Rancidulum quiddam balbā de nare locutus,
 Vanum & Phyllidas, Hypsipylas, || vatum & plorabile si quid,
 plor. Eliquat, & tenero supplantat verba palato. 35.
 Afflensere viri. * Nunc non cinis ille Poete
 * num nūc. Felix! Non levior cippus nunc imprimit ossa
 vier. Laudant convive: Nunc non ē manibus illis
 * num nūc. * Nunc non è tumulo, forenataque favilla
 Nascentur viola? Rides, ait, & nimis iuncis

40.
Na-

Naribus indulges: An erit, qui velle recuset
 Os populimernisse? & cedro digna locutus
 Linquere, nec scōbros metuēta carmina, necibus?
 Qui quis es ô, modo quem ex adverso dicere feci,
 45. Non ego, cūm scribo, si foris, quid aptius exit,
 Quando hoc rara avis est, si quid tamē aptius exit,^{Quam}
 Landari mesnam; neg, enim mihi cornea fibra est.^{quam,}
 Sed recti, finēsque, extremitūque, effere resūto
 Engeritum, & bellez nam bellè hoc excute rotum,
 50. Quid non intus habet? Non est hic Ilias At I
 Ebria veratio; non si quā Elegidia crudi
 Dictarunt proceres: I non quicquid denique lectis
 Scribuntur in citreis. Calidum scis ponere sumen;^{" non si}
 Scis comitem horridulum tritā donare lacernā;
 55. Et, verum, inquis, amo. Verum mihi dicite de me.
 Qui poterit vū dicam? nugaris, cūm tibi calve
 Pinguis aqualiculus || propenso sesquipedē exstet.^{" protensa.}
 O Jane, a tergo quem nulla ciconia* pinxit,^{" pinxit.}
 Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
 60. Neclingua, quantum sitiat canis Apula. || Tantus^{" tantus.}
 Vos ô patrius sanguis, quos vivere* ius est^{" fas.}
 Occipiticeco, postice occurrite sanne.
 Quis populi sermo est? quis enim? nisi carmina melli
 Nunc demum numero fluere, ut per lave severos
 65. Effundat junctura unguis? scit rendere versum,
 Non secus, ac si oculo rubricam dirigit uno;
 Sive opus in mores, in luxum, || & prandia regum^{" in pran-}
 Dicere, res grandes nostro dat Musa Poete.^{dia.}
 Ecce modo heroas sensus afferre* videmus,^{* docemus}
 70. Nugaris solitos Grace, nec ponere lucrum
 Artifices, neeris satyrum landare, ubi corbes,

B

Ei focus, & porci, & fumosa Tarilia sceno:

Unde Rhemus, sulco querterens dentalia, Quinti,

" Quō tre- Cum irepida auis boves Dicitatorem indūm uxor, 75.
pida.*

** Di statu. Et tua araira domum lictor tulit. Euge Poëta*

xam. Est nunc, & Bryses quem || venosus liber Atti,

+ Erifesi. Sunt quos Pachynusque, & verrucosa moretur

*" novos. * Acci. Antiope, erumnis cor lucis faciebile fulta:*

Hes puerus monitus paires infundere lippos

80.

Cum uideas, querisne Vnde hac sartago loquendi

Veneris in linguis? unde istud dedecus, in quo

Trofulus exultat tibi per subsellia levis?

Nil ne pudet capiti non posse pericula canno

85.

Pellere, quin repidum hoc optes audire decenter?

Fures, aut Pedio. Pedius quid? crimina rasis

** Scal. do. Librai in Antithesis, * doctas posuisse figuras*

Ene. Laudatur bellū hoc. hoc bellū? an Romula! cœves?

" cives. Men' moveat quippe, & canet si naufragus, aſem

Protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictum

90.

Ex humero portes: verūm, nec nocte paratum

Plorabit, qui me volerit incurvasse querelā.

" abdita. Sed numeris decor est, & junctura addita crudis.

** Atty. Clandere sic versus didicit Berecyntus * Atys,*

Et qui Ceruleum dirimebat Nerea Delphin.

" Sic os ta Sic costam longo subduximus Apennino.

longo sub Arma virum, nonne hoc spumas, & cortice pingui,

Penino. Vi ramale vetus & pragrandi jubere coctum?

+ Vagrādi. Quidnam igitur tenerū, & laxa cervice legendū? 100.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,

*" sedum. Et * rapium vitulo caput ablatura superbo*

** Lyacx. Bassaris, & Lynx Manas flexura corymbis*

Euion ingeminat, reparabilis adsonat Echo.

Hec

Hec fierent, si testiculi vena villa paterni

105 Viveret in nobis? summā delumbe salicā

*Hoc natat in labris; & in uide est Manas, & * Atys; * Atyn.*

Nec pluteum cedit, nec demoros sapit unguis.

Sed quid opus, teneras mordaci radere vero

Auriculas? Vide sis, ne majorum tibiforte

110 Limina frigescant: sonat hic de nare caninā

Littera. Per me e quidem sint omnia protinus alba,

** Nil moror. Euge, oēs, omnes bene mira eritis yes. * Nec mor-*

Hoc juval? hic, inquis, vero quisquam faxit oleiss. zor.

Pinge duos angues: Pueri sacre est locus, extra " omnes e-

115 Meijte. Discedo. Secuit Lucilius urbem,

Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis:

Omne vasfer uitum ridenti Flaccus amico

Tangit, & admisus circum præcordia ludit,

Callidus excuso populum suspendere naſo;

120 Me mutire nefas, nec clā, nec cum scrobe? nusquā?

Hic tamen in fodiam. Vidi, vidi ipſe, libelle:

Auriculas aſini quis non habet? hoc ego operum,

Hoc ridere meum; tam nil, nulla tibi vendo

Iliade. Andaci quicunque afflate Cratino,

125 Iratum Eupolidem, prægrandi cum fene palles,

Aſpice & bac, si forte aliquid decoctius audis,

Inde vaporata lecto mibi ferueat aure.

Non hic qui in crepidas Grajorum ludere gestit,

Sordidus, & lusco qui posuit dicere, lusce;

130 Séque aliquem credens, Italo quid bonore supinus

Fregerit heminas Areti adilis iniqnas:

Nec quis labaco numeros, & secto in pulvere metas abaci,

Scit rifiſſe vasfer, multum gaudere paratus,

Si Cynico barbam peculans Nonaria veller.

C O M M E N T A R I V S.

IN hâc primâ Satyrâ, reprehendit Persius Poetas & Rhetoras Romanos, & cum utrisque eorum vel lectores, vel auditores. Et Poetas quidem, quod delicatis, lascivis, turgidis, affectatis, & antiquatis Poematibus auram popularem, & vanam laudem captent, ac venentur; nihilque quo Reipub. utilitati, aut pravis & vitiosis civium Romanorum moribus corrigendis, adminiculo sit, operam dent. Rhetoras verò quod in foro, vel se vel alios malis artibus defendant: dum non solidis argumētis objecta crimina apertè, & sine fraude refellūt; sed affectatis figuris, & verborū lenociniis, ad aliud respōdentes, fūcū judici, & auditoribus faciunt; ut reus impunè, cōtrà quām fieri ex Reip. usu erat, evadat. Et auditores vel lectores deniq; quod, ut Diogenes de Græcis conqueritur, οὐδὲν λαγεῖσιν ὑγιές λόγος, ἀλλ' ἐτι τὸν εἴδοξα, Επιθυμία καὶ αἰσθάνεσθαι. nihil sanâ mente vel recta ratione dijudicent, sed ad verisimilia, plausibilia, & probabilia pronisint; quod inquam, solum quod auribus ad blandiatur, delectationem inanem, verborum ornamenta, & quasi superficiem extēnam spectantes; ullo quod ad salutem Reip. atq; adeò omnium & singulorum pertineat delectentur. Suainterâ carmina vix duos lectores invenire, & despiciatui duci, ac negligi, ægrè fert, & conqueritur, quæ tamen non ad inanem pompam & ostentationem comparata sint, nihil quod lascivum, insulsum,

tumi-

tumidum, affectatum, præ se ferant; sed unicum hoc spectent, ut populus Romanus, relictis vitiis, viam virtutis insistat; Quod si cui interea sua illa Satyrica libertate licentiūs ut videatur; idem, ait, ante se longe majori προφορίᾳ, & impunè quidem fecisse, Luciliūm, & Horatiūm, qui palam & nominatim, tota urbe flagitosos decantarint: cùm ille tantum libris illa, tanquam fidis arcana sodalibus concredat; quorum lectores desideret, non literarum expertes, sed qui veteres Græcos magna cum libertate hominum vitia taxantes, legerint; illiteratos interim, & Philosophorum, bonorumque ineptos reprehensores & fanniones, nihil se ait morari, & aliò remittere.

Ocuras hominum!)

Exorditur Persius à reprehensione lectorum nobilium & delicatorum, qui celsi Rhamnes, ut Horatius ait, austera Poemata, quibus vitia hominum purgarentur, & animi ad virtutem incitarentur, stolido aliquo & insano fastu præteribat; solum autem ea se fabantur, quæ auribus ad blandirentur, vana, inutilia, & sœpe turpia & obſcena.

Ocuras hominum,) scilicet de rebus inanibus, inutilibus, & noxiis etiam.

Quantum est in rebus inane!) Græcum planè est, ὅτι τὸν εἴδοξα. Hocest: Quæ stultitia ac vanitas est oratione vel carmine famam ingenii stolidè ambire, & ineptè eruditioñis & eloquentiæ laudem captare, & à verâ laudis ac virtutis viâ deflectere? vel cuius vanitatis est, in scriptis aliorum legendis, præter inanem delectationem, & voluptatem & verborum inania lenocinianihil sibi proponere? Porro inanes

à Latinis appellantur homines vani, stulti, ambitiosi; quales So^rates egregiè hoc Apophthegmate depinxit, τοὺς μὲν οὐρανὸς ἀπονέει, τὸν κτεῖναντί, τὸν δὲ ἀνθρώπων, τὸν οὐρανον. Vt res inanis ventus distendit, stultos autem opinio. Sanè quò quis vanior & à verâ laude alienior, hòc id quo caret avidius sectatur, hoc se & sua magis jactat, prædicat, extollit, proclamat; ut & in inanibus & vasibus ac cantharis vacuis videre quæ quò magis exhausta, hòc percussa magis sonant, magis tinniunt. Nec malè Menander, πᾶς οὐ φρονῶν Αναζούει τὸ φρονεῖσθαι τούτου. Omnis insipiens arrogantiā & plausibus capit. Sic & Horatius lib. I. Sat. 4. de illis qui Poematum recitatione gloriam quarebant dicit: *Inaneis Hoc juvat, id est, ut verbo dicam, κενοδόξεις.*

2. Quis leget hac?) Verba Poetæ cum indignatione interrogantis; quia quæ delectant tantum, & ad inanem pompam & ostentationem directasunt, scribuntur, leguntur. probantur: *Quotusquisque hæc mea, quæ nihil ejusmodi, sed communem tantum utilitatem spectant, leget & probabit?* Quati dicat, pauci, veletiam omnino nulli. Hunc autem versum ex Lucilij primo, cuius studiosissimus fuisse, quemadmodum & Horatij, dicitur, transtulit.

Mīn' tu iſtud aīs?) Responsio nobilis cuiusdā & de licita auditoris; Mihī, an vulgo hæc exprobras?

Nemo Hercule.) Certè nemo vel nostrum, vel ex vulgo, adē bardus & stupidus, qui non malit audi re jucunda Poemata, & lepidas Poetarum & bellas fabulas, quam tristia, & mordacia tua hæc maledicta & vittiperia.

Nemo?

Nemo?) Interrogatio Poetæ. Ergo nemo omnium hæc curabit, respiciet, leget?

3. Vel duo, vel nemo.) Respondet nobilium quis: si multos, qui hæc tua respicere dignentur reperiatis, duo fortassis erūt, vel, ut dixi, etiā nemo omnino

Turpe & miserabile.) Verba Poetæ indignantis: Illud verò detestandum ac deplorandum est, eò rem redire, ut dulcia tantum & jucunda in precio sint; honesta vero & utilia, atque adeò ad omnium salutem spectantia, supinā & flagitosā negligentiā, & improbitate, posthabentur.

Quare?) Illius prioris est, vel Poetæ potius se interrogantis. Cur indignaris adē, & flagitiorum & deplorandum ducis, tua Poemata neglectui, Romanis esse, aliorum ineptias in honore & precio?

*4. Ne mihi Polydamas, & Troiades Labeonem
Pretrulerint. Nugæ.)*

Non eo nomine indignor, quod ferre nequeam, quod, aut verear, ne, mihi Polydamas, & reliqui semiviri Trojogenæ, hoc est Romani inepti & male judicantes, ineptum illum & insultum Poetam Labeonem Attium, præferant, Nugæ profectò hæc mihi: Namillorū stultum & temerarium ex opinione non ratione judicium, tanquam nugas contemno & flocci facio. Sed quod dolcam (ut in 8. versu sequitur) & ex animo deplorem, quod Romæ tam flagitosè & turpiter vivant, & nemo se corrigi patiat, nemo meliora monent, obtemeret. Nec levis aliqua cum homine vano & tumido concertatio aut ambitio, sed amor patriæ, in me indignationem hanc excitat.

Cæterum quod dicit de Polydamante & Troadibus, desumtum est ex Homero Iliad. 22. Vbi Hector Polydamantis, & Troianarum mulierum reprehensionem vereri dicit:

*Ποντιδάμας μοι πρέπει ἐλυγχέων ἀναβίζει,
Polydamas me primus probris onerabit.*

Nec multum post Aἰδεόμονα, τρῆας ἐ Τραϊαδας ελκειστήσει.

Vereor Troas, & Troanas longas vestes habentes.

Quod elegantissimè per Parodiā usurpavit Persius.

Troiaades) hōc ipsō, Romanos illos iniquos & ineptos judices, tecte quidem sed acriter probè pungit & perstringit, ut à Troianis oriundos, verè Troiaades, Phrygios, Laomedontiadas, hoc est semiviros effeminatos, Barbaros, vilia mancipia, degeneres.

Labeonem.) Attius Labeo Poeta ineptus, & insulfus, Transtulit Iliada & Odysseam Homeri, verbum ex verbo, ridiculè, & parum aptè. Cujus ille versus: *Crudum manduces Priamum, Priamique phisingos.* Al. Pisinnos. i. liberos.

5. *Nuga.)* Sic Demetrius apud Senecam in Epistolis ait; Se voces imperitorum de se non magis morari, quam ventre redditos crepitus: *Quid enim mea,* inquit, *refert, hi sursum an deorsum sonent, illi laudet, an vituperent.* Imò satius omnino ab imperitis ejusmodi nebulonibus vituperari, quam laudari, cum non nisi similes laudent, non nisi dissimiles vituperent. Vnde scitum illud Antisthenis, qui cum aliquando à malis laudaretur: *miserè inquit, metuo, ne forte malum quipiam fecerim.*

Non, si quid turbida Roma Elevet, accedas. Hoc est

est, Non si quid Populus Romanus imperitus & indoctus, perturbato, confuso, turbido, & minimè sincero judicio, spernat, contemnat, elevet; statim illius sententiae vel opinioni tibi accedendum fuerit.

6. *Examénve improbum in ipfa Caſtigē trutinā.)*

Hoc est, devium & falsum hominum de te judicium & sermones, seu te laudantium, seu vituperantium, trutinā veritatis examinare, corriger & caſtigare debes; nec quid alij de te dicant, sed quid tibi ipsi de te revera ſis concius, tibi attendentum, & conſiderandum fuerit: Ita fiet ut nec falsa laude tollaris, nec falſo vituperio perturberis.

Examen autem est lingula libræ, in medio ſcapo, unde binæ lances, Græcis πλάσισι, ſuſpenſæ, ad pendenda ex æquo pondera, vel pondera ad æquanda. Trutina verò eſt foramen, intra quod eſt lingula, de qua examinatio eſt. Caſtigare autem eſt digito libram percutere, ut temperetur, & præ agitatione poſt æquum conuiuetat.

7. *Ne te queſiſveris extra.)* Aurea & verè quidē au-reafententia, quā unicuique illud verè cœlo delapsum γνῶσθαι ; *Noſce teipſum*, inculcatur. Quasi dicat, Nemini de te plus credas, quām tibi ipſi, alii tantum ſuperficiem & externa tua intuentur, tu tuū animum & intima cordis, confidera & examina; tuāque conſcientiam tuam, non famam ſpecta, & iugula ſtō τὸν τὴν πρᾶγμα, ἀμελη, τοῦτο οὐ λογοτομένον : *Quid re dignum ſit facere cures, quicquid alij de te loquuntur floceſ feceris;* adeoque tibi potius eſſe bonus malis, quam aliis videri. Sed arcanum hoc, & paucissimis cognitum.

Extra.) id est, non ex aliis extra te hominibus, te discas, sed utaris de teipso tuo incorrupto & nō depravato judicio, examine, testimonio. Sic Diogenes Cynicus in Epistolā ad Antipatrum, dicit se vel le sermoni vitam congruentem exhibere; & illius Atheniensem populum, aut Corinthiorum injustos telites non requirit, sed testem suam solius conscientiam: *την ίαν ψυχήν* inquit, *η την ίαν λαβάν απειλέαντα.* *Μεαντούς ανίαν & κονσεντίαν,* quam nunquam ubi peccavero, celare potero. *O te infelicem,* adit Seneca, si hunc testem contemperis.

8. Nam Roma quis non?) Aposiopesis. Scilicet, turpiter, perditè, & flagitosè vivat. Hoc est quod superius turpe & misérabilē dixit, Quod scilicet nemō non *μήτ' ἀδελφός νοτῶν, μήτ' ἄλλος οὐεών.* nec ipse sapiat, nec meliora monentes audiat illa præcipientes, quibus vita & mores ipsi virtuti reformatur.

Absfas dicere.) Si modò impunè illud liceat dicere, quod alii impunè facere.

9. Sed fas Tunc, &c.) Frischlinus & alii hoc interpretantur, quasi Persius dicat, tum demum ipsi fas esse & impunè licere, si in mores populi Romani depravatos liberius & licentius aliquid dicat & scribat, cūm ad senilem jam ætatem pervenerit, & tunc facilius veniam sibi dari; & proinde hac ætate magis juvenili asperius se cum ipsis agere nolle, sed tantum petulantius ridere velle. Quare illud *tunc tunc ignoscite* conjungit: & illud *Nolo* interpretatur, Nolo illud jam dicere, quod non fas dicere suprà dixi, nec in vos liberius invehār, etc. Sed mihi (si fas à tanto viro diffentire) Poeta objectioni quorundam respondere

dere videtur, qui ipsi suam ætatem objectantes, nefas esse dicebant juniores adhuc qui vix nubes reliquerit, ætate proiectiores reprehendere, cui tunc tunc demum ubi ad maturiorem & senilem ætatem pervenerit, concedi possit vitia & mores liberius carpere. Quibus respondet: O vos boni, qui ætatem meam mihi objicitis, ignoscite mihi quod illam ætatem exspectare, & tam diuisilere, & omnia in pejus ruere cum silentio aspicere nolim vel nequeam. Quid enim faciam, & quā ratione me tam diu continbo, cūm natura me ad risum & cachinnos & depravatos aliorum mores reprehendendos proprieferem fecerit? Sed hæc tantum conjicio non adfirmo, de quibus doctiores rectius judicabunt.

Sed fas tunc, cūm ad canitatem aspexi, id est,) Nefas illudjam dicere, sed tum demum dicere mihi licitum, cūm ad ætatem senilem pervenero. Verba sunt vel Poetæ, hoc æquum esse judicantis, & concedentis, ut Frischlinus putat, vel quæ, ut ego puto, recitat tanquam objecta adversariorum suam ætatem rejicientium.

Ad canitatem aspexi.) i. ad senium perveni.

Etnofrum illud vivere triste.) i. cūm ad nostram illam vitam tristem, morosam, auferam, severam, qualis est ob certas naturales causas, senum, aspexi, vel perveni. Est Græcisimus.

10. Et nucibus facimus quecumq; relicis.) Hoc est, cūm animum ad quæcumque vel omnia gravia magisque seria, & severa convertimus, omisis studiis ac nugis puerilibus. Ductum proverbium à puerorum lusibus, quos nucib⁹, actalis olim lusitasse auctor est,

ac testis Horatius dum ait: *Tetatos Aule nucesq.* In-de olim usitatum in nuptiarum ceremoniis, ut ipon-fus uxorem ducens nuces spargeret, ut qui jam pue-ritiae renunciaret.

11. (*Cum sapimus patruos.*) i. Cùm ut seniores pa-tres, & patrui, in juniorum vitam & mores severius animadvertismus. Nota est patruorum in nepotes severitas; unde per Metaphoram patruus pro cen-so remorum & objurgatione sumitur. Sic Cicero: Ob-jurgavit Cælium, ut quidam patruus censor. Et Ho-ratius, 2. Sat. lib. 2. *Ne sis patruus mihi.* Hoc est: ne me objurges, & castiges. Vide Proverb. in Chi-liad. Patruum esse.

Tunc, tunc ignoscite. Nolo.) Sic legit Frischl. Hoc est, illa ætate mihi severius & mordacius in mores ve-stros & vitia, investo, ignoscetis, & veniam dabitis. Nolo, hac ætate severius vobiscum agere. Sin ita le-gas, (ut mihi quidem commodiū videtur) *tunc, tunc.* *Ignoscite, nolo.* pertunc tunc intellige: fas mihi de-mum dicere illud, cùm ætate maturior, ut vobis vi-detur, qui ætatem hanc meam mihi objectatis. Sed, quæso, mihi ignoscite & veniam date, tam diu quie-scere & silere nolo. Vel ita distingue, *Ignoscite. Nolo.* Vt *ignoscite*, sit Poetæ dicentis: *Quæso ignoscite etiam huic meæ juniori licet ætati:* Et *nō Nolo*, sit objectoris respondentis: Ego vero Nolo tibi igno-scere, & hac ætate veniam dare. Et hic quidem ut & aliis locis Persius Horatianum id experitur: *Brevi-esse labore Obscurus so.*

12. (*Quid faciam? sed sum petulanti splene cachin-no.*) Poetæ se excusantis. Tu veniam te daturum ne-gas:

gas: verùm ego, quem natura vitiis inimicum, & ad stultos & depravatos mores irridendos faciliorem & promptiorem reddidit, quid faciam? quaratione me à taxandis & irridendis vitiis interea temperabo, & continebo? Est autem in versu. *υτιπα περιτεγος.*

Petulanti splene cachinno.) Ide est, improbo, proca-ci, lascivo, effrenato, & quasi cum voluptate virtia al-iorum irridente. Secundum Physicos autem hoc loco dixit, qui dicunt homines splene ridere, felle irasci, jecore amare, corde sapere, pulmone jactari.

Cachinno, onis, est nominandi casus, id est irrisor. *δη τε ρωγχάζειν*, quod effusus est ridere, & virorum quidem, ut *κικλίσω* mulierum.

Petulanti splene cachinno, ut homo antiquâ virtute & fide.

13. (*Scribimus inclusi.*) Huc usque cum lectore vel auditore egit, quem reprehendit, cum quo disputa-vit: Iam invehitur in Romanos nobiles, & principes, qui Poetæ, & oratores dici, & audire volebant.

Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber.) hoc est, Nostrorum nobilium domi in occulto inclusi & abditi, meditantur carmina & Poëmata; alii in latum illum oratorium campum profiliunt, & solutâ ora-tione vel oratorio numero & modo scribunt.

Numeros ille ille pangit versus, qui certis pedibus, mensuris, & numeris constant.

Hic pede liber. i. hic non inclusus illis numeris Poe-ticis, soluta oratione scribit, non vorsâ sed prorsâ fa-cundiâ.

14. (*Grande aliquid, quod pulmo anima prelar-gus anheles.*) i. & hinc vel Poetæ vel Oratores adeò sub-

limia, grandia, adfectata ac tumida scribunt, ut non sine vehementi laterum ac pulmonum vi, agitatio- ne & defatigatione exprimi & recitari nequeant.

Pulmo anime pralargus.) id est, vento abundans.

15. *Scilicet hæc populo, &c.*) Prior reprehensio fuit, quod turgidè nimis & adfectatè sua compонerent: sequitur altera, quod illa tumida, ac inflata Poemata, pexi, nitidi, togis recentibus, splendidissimo, & exquisito maximè corporis cultu, preciosis gemmis, adeoque ipsa natalitia *Sardonyche* ornati, populo in sublimis ède constituti recitent: vt ita omnibus rationibus & artibus, oculos hominum in se convertant, sibique auram popularem concitent.

Togâg recenti, indutus, ornatus.

16. *Et natalitia tandem cum Sardonyche.*) Inde dicta, quod olim natali die, ut usitatum fuit, ab amicis, cognatis, aut notis muneric loco missa sit: vel quod tantum die natali anulum illum gerat, ut ipsum quibusdam usu receptum accepimus.

Tandem.) i. postremò, denique.

Albus.) Velfestiva veste induitus, ut sit idem, quod apud Horatium *Festos albatus celebret*; aut recitandi pavore, aut meditandi, & scribendi trædio perfunctus (quod quidem mihi ineptius visum,) aut denique, ut ait Horatius, *pinguis vitijs albûisque*, id est pallidus, delitius & segnitie debilitatus. Quo sensu & post dicit: *Atque albo ventre lavatur.*

17. *Sede leget celsa.*) in sublimiore & magis conspicuo loco, & quidem qui, ut ait Horatius, *suave locus vocis resonet conclusus*. Sed ut idem ait; *inanis hoc juvat*. Et revera quidem inanes, id est vera & solida

lidas sapientia & eruditione vacuos, quorum plerumque oratio, ut Apulcius ait, viget verbis, flaccet rebus. Sanè, qui in externis nugis illud querunt, quod in solo animo datur, è solo animo proficiscitur: De quibus tamen & hodie non nemo maximè anxius & sollicitus: scilicet quibus illa in oculos incurrens superficies tantum curæ & cordi, anima verò èst è Cor: Et in quibus etiam præter externum illum ornatum, nihil quod rectè mirere deprehendas; Cetera omnia si bene perpendas λόγων πλῆθος, λόγων τελείας, νοῦ δὲ συλλογής. Verborum multitudine & flumen, mentis autem guttula, adeoque vox, prætereà nihil.

Liquido cum plasmate guitar Mobile colluerit.) id est, cùm diluto aliquo potionis genere sauces colluendo vocem quantum fieri potè maximè effeminatam, & mollem reddiderit. Vel, ut ait Turnebus lib. 28. cap. 26. Advers. Cùm molli, tenerâ, fictâque vocalâ, Poema eliquaverit udo gutture. Id quod probat ex Plutarcho. Cùm enim, ait, dulcis, & suavis vox effunditur, guttur liquida cùm exeat colluere videtur, unde & Persius eliquare dicit. Sed ut verum fatear, mihi durius hoc videtur; de quo doctiori judicare integrum. Est autem tertia reprehensio à voce effeminata & purum virili.

18. *Patranti fractus ocello.*) Quarta reprehensio, quod cùm lasciva, & sceda carmina recitent, ut major gratia iis accedat, non solum voce lascivâ & effeminatâ recitant, sed insuper etiam petulâti & muliebri parumq; honesto gestu oculos libidine languidos, defatigatos, & quasi fractos petulanter, proterve, & lascivè circumferunt.

Patranti.) à patrare quod est ~~neudowm~~, liberis vel
veneri operam do, unde patres dicti, eò quòd patra-
tione filios procreent. Hoc loco ponitur pro lasci-
vo, impudico, & protervo.

Fractus.) enervatus, languidus, alii legunt factus.

Ocello,) quia illum dum limis ocellis aspiciunt &
intuentur, minorem faciunt. Juvenalis, *Oculosq; infi-*
ne trementes.

19. *Hic neq; more probo videoas.*) id est, Quibus car-
minibus tátō apparatu recitatis: ibi verò videoas Romanos
nobiles & principes libidine inflammatos,
lascivie & tetrę libidinis documēta edere turpissima.

Neque more probo.) i. improbo, & minus honesto.
Neque voce serenā. i. voce lascivā, & parum honestā,
& effeminate.

20. *Ingentes trepidare Titos.*) Magnos illos principes
& nobiles Romanos intelligit, illis carminibus libi-
dine accensos. Titos à titis appellatos notat vetus cō-
mentator: Sunt autem illi quos Horatius Rhamnes
appellat.

Trepidare,) præ libidine subsilire, turpissim. o cor-
poris gestu.

Cum carmina lumbum Intrant.) Hoc est ubi fœdæ
illæ voces & lasciva carmina intima lumborum in-
traverint, eaque pruritu quodam inflammaverint.

21. *Et tremulo scalpuntur ubi intima versu.*) Vbi
molles, & tremuli Poetæ versus interiora omnia li-
bidine incenderint, & excitariunt. Juvenalis,

— *Quod enim non excitat inguen.*

Vox blanda & nequam digitos habet. —

22. *Tun' vetus auriculis alienis colligis escas?* Ve-
hemen-

hementiùs jam in Poetas illos invehitur, & quidem
ab aetate argumento ducto, quæ longè aliam vitam,
alios mores, alia studia requirebat: Tunc senex adeo
decrepitus, & jam capuli decus (quæ aetatis ratione
honesta & seria, & junioribus profutura debebas tra-
ctare) aliorum lascivas & omniturpitudini paten-
tes aures, lascivo, impudico, turpi, nefando, salaci, te
& tuā aetate indignio carmine delinire, & suaviter ad-
ficere non erubetis?

Colligis escas.) suavia grata, jucunda, quibus alio-
rum aures pascas.

23. *Auricula, quibus & dicas cute perditus.*) Quin
insuper quantus quantus intus & in cute, totus per-
ditus & deploratus, eò impudentiæ progressus es, ut
nō solum tua illa vita, & peccatum hoc abste, non a-
gnoscas, & culpam depreceris; verū insuper te co-
ram aliis, quasi re bene gesta, excusare non erubescas.

Ohe.) Verbi deliri illius silicernii, Poëtastri in-
quam se excusantis. Quid unquam mihi profuerit,
tantæ diligentia, tantis impensis, carmina, & ver-
sus composuisse, nisi illa olim proferam, & mei in-
genii, mei progressus specimina coram aliis edam?
nisi inquam doctrinæ hoc & eruditioñis fermentum,
animo jam ludum conceptum, & pectori innatum,
tandem in lucem, velut ficus silvestris è muro pro-
rumpat?

24. *Quid didicisse.*) sc. mihi profuerit. Alii legunt
quò. nec male, hoc est ad quid, ès tū, in quem usum.
Horat. lib. I. Epift. *Quò mihi fortunam, si non con-
ceditur usus?*

Nisi hoc fermentum.) Verba quidem sunt Poetæ,

fed tamen potius Persii, ipsum his verbis , quæ ipsi tanquam se excusaturi attribuit , vehementius exagitantis. Nam fermentum hoc loco pro vanâ doctrinâ ponitur, quæ possessorem adeò tumidum , & inflatum reddit, ut ni foras illa prorumpat , periculum omnino sit , ne illa medius crepat , aut rumpatur. Fermento enim conspersio rarefit , & intumescit : ut & fermentum translatum ad terram id significat, quod glebas resolvat tumidamque terram acraram reddit. Vel etiam pro animæ veneno, quod non secus ac fermentum totam conspersione imbuens illi lascivis illis , & foedis carminibus animos auditorum, tanquam toxicum, inficiant.

25. *Et quæ semel intus Innata est , &c.)* Caprificus , ficus ex silvestrium genere nunquam maturescens , culices loco fructuum producens. Quod ad illorum carmina translatum , illa noxia , & pestifera denotat , & sterilia veri . & boni.

Rupto jecore exierit caprificus.) Eleganter dixit, ut, erumpere solent è parietinarum & monumentorum commissuris, steriles ficus. Caprificus à carpendo dicta, quòd parietes, & maceris, adeòque faxa ipsa sibi obstantia discerpatur. *Martialis.* , *Marmora Mefala scindit caprificus.*

Rupto jecore.) Iecur porrò dixit, quòd in eo etiam, nō tantum in corde, sensa animi collocata & affectus crederent, cāmque animi sedem domiciliūmque existimarent. Vnde paullò post ait, *Neque enim mihi cornea fibra est.* Et Satyra 5. *Quod latet arcanā non enarrabile fibra.* Et in lepido aliquo Epigrammate scriptum: *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.* Ut notat

tat Turnebus.

26. *En pallor seniumq.*) Responso Poetæ. Homo flagitosissime & con clamate! Si minus te honestas prohibet, ne fœda ejusmodi , & lasciva carmina, non solum non recites, sed ne scribas quidem: Certè illa tua ætas, pallor , senium, quæ te rastros colligere, honesta , & seria tua ætate digna meditari , & de vita termino cogitare jam dudum admonuisse debebat , te impediret.

O mores!) stultos, vanos, pessimos, è re flagitiosa & turpi laudem & gloriam captare.

27. *Visque adeone Scire tuum nobilest , &c.)* Eóne stultam illam tuam scientiam insaniæ , & dementiæ processisse, ut nisi alii sciant te aliquid scire, tu te nihil scire existimes : ut non possis tacitâ conscientiâ doctrinæ tuæ & eruditioñis singularis contentus vivere , quin illam ostentes & jactes , ut alii te illâ ornatum, & præditum laudent, & extollant. Certissimum autem ἀνταπόγνωσην , veræ & solidæ eruditioñis absentis , & ignorantia in dictum ita καυχεῖσθαι , sanè de quo spes veræ frugis exigua , aut propè nulla : Contrà animi probi , & de quo veræ eruditioñis vel conjectura jam comparatæ , vel spes comparandæ, silentium, pauca verba , de se humiliter sentire, sibi diffidere, sua non jactare: *Quod paucis verbis,* ceu oraculo, Thucydides expressit οὐατιαὶ δηλοῦσσαι, λογοτύπος δὲ ὄχοι φέτε: Et Plinius, eum secutus: *Regia ingenia debilitat verecundia, prava confirmat audacia.* Cæterum in versu hoc Lucilium imitatus dicitur, apud quem: *Mefiri volo, mihi conscius sum ne damnum faciam.* Scire hoc se nescit, nisi alios id scire scierit.

28. *At pulcrum est digito monstrari, & dicier: hic est.*) Objecio. At ô Peri, nōnne pulcrum est, & imprimis optandum monstrari digitis prætereruntium, & dici: Hic est nobilis ille Poeta Romanus, qui venustum adeò & omnibus numeris absolutum divinum carmen proximè recitavit? Alludit autem ad historiam Demosthenis, qui cùm transiret, & à mercenario tabernæ digito demonstraretur, impendio luctatus est, quòd ab ignobilibus & sciretur. Horat. lib. 4. car. od. 3. *Totum maneris hoc tuus est,*

*Quod monstror digitis prætereruntum,
Romana fiducen lyra.*

29. *Ten', cirratorum centū dicitata fuisse, Pro nibi-
lo ducas?*) Hoc est, tûne adeò stupidus, utte pro ni-
hilo ducas, non sublime aliquid, & magnificum de
te sentias, cùm tua carmina in tanto precio videoas, ut
tot pueris publicè in scholis à ludimoderatoribus di-
etentur, & prælegantur. Occultè tangit Neronem,
cujus carmina, quia imperabat, per scholas celebra-
bantur.

Cirratorum centum.) centum hoc loco dandi ca-
sus plur. Cirrati hoc loco pueri qui cirros id est cin-
cinnos alebant, qui grandioribus stondebantur.

30. *Ecce inter poeula querunt Romulide saturi
quid dia Poemata narrent.*) Respondet Poëta. Nam
quota pars dementiæ dicam, an vanitatis, ex illis car-
minibus, laudem nomenque captare, de quibus e-
brii & violenti Romanis Centauri non nisi cibo. &
potu distenti, inquirunt, & malè judicant. Et tur-
pis quidem ille Romanorum mos, non nisi inter po-
eula de Poematisbus inquirere, & judicare: Turpior
ille

ille longè, & longè turpissimus nostrorum Christianorum dicam, an Epicureorum mos, qui sobrium de
lato suâque salute ferè securi, non nisi inter pocula, de rebus divinis, arduis, sublimibus, & in quibus cardo salutis nostræ vertitur, agunt demum & inquirunt, & sacra illa sacratissima, loco & colloquio fecundant & profanant: imò tanto zelo, pio dicam, an nefario sàpè inter se contendunt, ut sine cede & sanguine vix eò discedatur. Verum Harpocrates illud mihi st insuffrat; Et sibylla *καὶ νῦν Καυτεῖναν.*

32. *Hic aliquis, &c.*) In hoc convivio ubi quis Romanorum nobilium hyacinthinis lénis amictorum, licet rancidum quid, & insuave per nares balbutiens, de Phyllidis & Hypsiphyles infelici amore, voce molli ac parum virili; pronunciat: statim omnes ei convivæ assurgunt, & blandis vocibus ac verbis ipsi tanquam Poetarum omnium coryphæo maxi-
mo ad blandiuntur, & assentantur.

Cui circum humeros Hyacinthina lena est.) i. nobilis quidam Romanus, lénam hyacinthini coloris indutus: Est autem lèna idem quod Græcis *χλωρία*, unde & abiecto *χλειρά* derivatur, vestis quæ super cetera vestimenta imponebatur. Quā ipsi uti licitum in convivio & triclinio, non in foro.

33. *Rancidulum quiddam,*) licet putidum, putridum insuave.

Balbæ de nare locutus, &c.) Eliquat i. per nares ob-
scure, imperfectè, blæsè quâdam quasi linguæ hæsi-
tatione, & confusione balbutiendo quasi percolat.
Vel, licet rancidæ, & insuaviter, odiosè & putidè non tam ore quam balbæ nare loquatur (quod evenit ple-

risque senibus) tamen mollicula, & liquidâ conatur
voce elquare verius Tragicorum in convivio.

Balba.) Balbus, qui vitio linguæ voces malè
primit, & obscurè loquitur.

34. *Phyllidas Hypsiphylas.*) Phyllidis & Demo-
phontis, & Hypsiphyles & Iasonis infelices amores
iatis noti ex Epistolis Heroidum OvidI. & ~~Ιωνίων~~
Græcè tenuiter, Latinè Hypsiphyle cum aspiratio-
ne scribitur: ut alia multa, γεράς Gryphes. Τεραῖοι,
Trophæum. Κλιόνες, Cleophas. Πυλαμφῆς, Phyle-
menes.

Vatum & plorabile si quid.) i. Et si quid præterea
Poëta miserabile, & lamentabile, de tristi fœminar-
um, vel virorum ob amorem interitu, suis scriptis
prodiderunt.

35. *Eliquat.*) Translatum à sacco, vel colo vina-
rio, eo enim vinum transmissum defæcatur, & liqui-
dum redditur. Voces igitur veluti percolat.

Et tenero supplantat verba palato.) Hoc est mol-
liusculè blandiusculéque verba pronunciat ad gra-
tiā auditorum captandam, & quasi ferit verba pa-
lato. Porrò supplantare, ut ait Turnebus, est ~~ταντικής~~
~~ταντικής~~ in luctâ, hoc loco est verba non fortia, & re-
ctâ, virili plenâque voce animata foras efferre; sed ef-
feminatâ pronunciatione & fractâ, velut supplanta-
ta & suppressâ, ac subversâ; nec recto cursu & tenore
euntia, sed dejecto, & devoluto labentia, & languido,
enervóque non satis expresso sono.

36. *Affensere viri.*) i. unanimi consensu ei pal-
mam summumque honorem deferunt, & in verba
sequentia prorumpunt.

37. *Nunc non cinis ille Poëta Felix?*) Verba te-
mulentorum ac ebriorum convivarum, ineptum
poëastrum laudantium, & quasi mutuum mu-
orum scabentium: Annoi cinis tanti Poë-
ta felix & fortunatus jam est, qui divina talia
carmina posteritati reliquit? Non ejus jam defun-
cti molliter ossa cubant, nullo tumuli, vel cip-
pi pondere, vel onere gravata: Nam hæc de Poëtâ
veteri intelligenda, cuius versus ineptus ille decla-
mator recitavit, ut ex præcedentibus apertè evin-
citur, ubi dixit, *Vatum & plorabile si quid Eliquat.* Est
autem *Cippus* lapis in agro erectus, in quo volun-
tas testatoris incū, cujusmodi in defunctorum mo-
numentis erigi confuevit.

38. *Laudant conviva: Nunc non è manibus ejus.*)
Sic eum convivæ laudant, ciqué defuncto precan-
tur: O si nunc è tanti Poëtæ sepulcro, tumulo, ac for-
tunato cinere & favilla violæ, & flores enascantur.
Manes hoc loco ponuntur pro sepulcris, quæ inha-
bitare credebantur, ne mortuorum quidem corpo-
ra deferentes. Vnde quis sepultra demoliebatur Deos
Manes violare dicebantur.

39. *Favilla*) propriè est scintilla igne destituta.
Sed indifferenter pro quovis cinere accipitur. Tu-
mulus à terræ aggrestio, ubi nulla est memoria.

Vulgo autem pro mortuis precari solebant, ut eis
terra levis esset. Tibul.

Placideq; quiescas,
Terraq; secura sit super ossa levis.
Idem, *Et sit humus cineri non onerosa tuo.*
Et Martial. *Sit tibi terra levis.*

40. *Rides, aut.) Objectio Poetæ; Nimium tu ô Persi nafso nos suspendis, & derides. Quis enim adeò bardus, & stupidus, qui à populo ob egregia sua, & immortali ævo digna Poemata non laudari & amari cupiat?*

Et nimis uncis naribus indulges.) Notum proverbium: Naso adunco suspendere, quod est vafrè, & subdolè irridere. Nasus enim teste Plinio subdolè irrisione dicatus. Persius alibi de Horatio: Callidus extenso populum suspendere nafso. Vnde nasuti dicuntur qui doctè norint alios irridere. Græci id uno verbo exprimunt μυκητες.

41. *An erit, qui vellere cujet Os populi meruisse?) id est qui nolit à populo laudari? Nempe juxta illud, Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur.*

42. *Etcero digna locutus lingueret?) i. Quis carmina æternâ memoriam digna velit relinquere, & nō divulgando ab interitu vindicare. Cedro digna dicuntur quæ promerentur immortalitatē; sumtum ab arboris naturâ, cuius succo quæcunq; sunt illita cariem non sentiunt: Et arte hac Numæ libri cum essent Carthacei, durarunt ad 535. terræ infossi. Vide Proverb.*

43. *Nec scombros metuentia carmina, nec thus.) i. Quæ carmina nullum periculum habeant, apud falsamentarios & Thurarios; Per scombros intelligit falsamentarios, per thus pigmentarios. Est autem scombrus genus pisces, qui in aquis sulphureo colore, extra eam, quo reliqui. Vide Plin. lib. 31. cap. 8.*

44. *Quis quis est modo quem ex adverso dicere feci.) Responso Persi per concessionem. Quicunque es,*

es, qui reprehensione meâ commotus, hæc mihi objeceris.

45. *Non ego cum scribo &c.) Lubens tibi concesserim, omnes studio laudis duci. Quin & ipse ego non stupidus adeò, & ab omni humana affectione alienus, utsi quid dignum laude scripserim, laudari nolim. Verùm assentiones illas, & laudes tam bellas ultimum finem esse scribendorum versuum, & non potius communem utilitatem, recuso & pernengo; Tum verò maximè cum iste assentiones, & laudes nihil non vanitatis & inanitatis contineant.*

Nonego cum scribo.) Concessio. Ego ipse cum carmina compono.

Si forte quid aptius exit.) Si quid fortè elegantius, aptius, concinnius à me scribatur.

46. *Quando hec rara avis est.) Modestia Poetæ sua non iactantis, sed extenuantis. i. quamvis nunquā vel rarò aliiquid dignum laude componam, si quid tamen fortasse aptius scribam, non metuo vel recuso laudari.*

47. *Neque enim mihi cornea fibra est.) i. non planè sum durus, stupidus, & corneus. Fibra cornea pro duro & à Muñis aversò animo. In jecore autem, (ex quo fibræ) antiquos sensus animi & affectus, non solum in corde collocatos credidisse superius dictum.*

48. *Sed recti finemq; &c.) Remotio. Concedo quidem laudi ex merito quodammodo indulgendum esse. Sed Euge illud tuum, & Belle, i. laudes, & assentiones istas tanquam ultimum recti, boniq; finem appetendas, & captandas es; pernega.*

49. Nam bellè hoc excute totum.) Illud tuum bellè & Euge, si bellè consideraveris, & rectè animo perpenderis, probè & penitus excusseris & introsperxeris.

50. Quid non intus habet?) Stultitiae, & vanitatis, cuius vento vani se inflant & turgent.

Noneft hic Ilias AccI.) A contrario suis videlicet Poematis & Satyris, quæ non insulsa & turgida, non obscena & contra bonos mores, non denique Neroni, & reliquis nobilibus Romanis fictis, & immeritis laudibus ad blandientia. Sed quæ unum hoc spectant Reip. commoda, & salutem. De Attio Labeone qui illiada Homeri versibus feedissimè composuit, dictum etiam superius.

51. Ebria veratro.) Mea carmina laudem nullam captant, ut insana illa, & elleboro multo digna Ilias Atti, vel AtI. Cæterum quod dicit illam Elleboro vel veratro ebriam, per insanam significat, quæ tatum illius Pharmacie epotarit, ut ebria inde sit redita. Parva enim insanía parcus poculum, magna largius desiderat. Quod de Poemate dicit, de Poëta accipe.

Non si qua Elegidia crudi Dictarunt proceres.) Hoc est non carmina haec mea lasciva, foeda, obscena, qualia Elegidia nobilium Romanorum, quæ in conviviis multo cibo, & potu distenti dictare, & recitare consuerunt.

Crudi sunt hoc loco æterri cibo, & potui plus iusto indulgentes, & eo nomine cruditate laborantes, hoc est vitio ventriculi cibos male, aut agrè concoquentis. Vnde illos albos superius appellavit, nam crudi-

cruditatē pallor comitatur.

52. Non si quid denique lectis Scribitur in Citreis.) Elogia & carmina aſtentatoria intelligit, quæ citreis mensis, quas in maximo precio, & dignatione priſcis fuisse Plinius auctor est, inscribebantur. Est autem Citrus Thyon Homero, ut interpretatur Macrobius, arbor in Atlante monte materia lautis membrum orbibus suppeditans. Romanis expedita delitiis, ut Turnebus ait, lib. x. 8. cap. 4.

53. Calidum scis ponere sumen.) Alia reprehensio. Quod magnificis canis, largitionibus, muneribus, adulatores, & parasitos concducant, illorumque applaudim quasi emant. Calidum sumen pro delicatisimis lautitiis hoc loco. Est enim Sumen venter suillus infra umbilicum, cum ipsis uberibus summis olim Romæ, in delitiis habitus.

Ponere.) i. apponere tuis Gnatibus quos laudum tuarum praecones conduxit. Ita Horatius in art. Poet.

*Si verò est unūtum qui rectè ponere posse,
Et spōndere levi pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum, mirabor si sciet inter-
noscere mendacem verūm, beatus amicum.
Et post,— Clamabit enim Pulcre, bene, recte
Palleſcat ſuper his, etiam ſillabit amicis
Ex oculis rorem, ſalier, tundet pede terram
Vi qui conduci plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus exanimis ſic
Derisor verò plus laudatore movetur.
54. Scis comitem horridulum tristā donare lacernā.)
i. minus bene uestitum, attritis uestibus, & lacernis*

donas. Lacerna pallium fimbriatum quo olim soli milites velabantur.

55. *Et verum inquis amo.*) iusqueadè tamē de mens & insanus es, ut ex illis quas tuis largitionibus, & muneribus corrupisti , veritatem te auditurū sp̄res. Et hoc est si quidquam aliud, *καίνων φίλης χειρός, καύπετος* , ut Græcus ille dixit, Regulam vel normam qua velis uti incurvare.

Verum mihi dico de me.) Verba nobilis cuiusdam Thrasonis Romani ad conductum & corruptum suum Gnathonem.

De me quid sentias tu, & alii de me , & meis carminibus.

56. *Qui poterit.*) scilicet fieri, ut verum ille dicat cuius oculos & linguam jam antē tuis muneribus ad veritatem corruperis, occluseris, obtuseris.

Vis dicam? Nugaris.) Quod si veritate usqueadè delectaris, vīsne ut ego illam tibi dicam , idque tuo licet non invitatus munere? Et apertè illud quidem nulla circuitione usus unico verbo dicam: *Nugaris*, putidas & nullius precij nugas conscribis.

57. *Cum tibi calve Pinguis aqualiculus p. s. e.*) Etsi rationem requiris, cur ita de te sentiam: En tibi. Potestne fieri , ut è tam obælo, crasso, vitiis, & delitiis pingui, qui quidem tibi sesquipedie ultrareliquum corpus prominet, aliquid subtile, acutum, limitatum prodeat. Respexit ad illud Græcum *πάχεια γαστὴ λεῖψει & τίνεται*. *Pinguis* veneer non gignit subtile sensus. Sic & Horatius, *Corpus onustum*

*Hesternis vitiis animum quoque pragmatavat una
Atque adfigit humo divina particulam aura.*

Cal-

(Calve.) Calvum pro stulto ponebant : ut ex Epigr. videre *μᾶγος ὄγεας φαλαρός*.

Pinguis.) pro hebeti. Horat. *Pingue pecus domino facias, & cetera prater Ingenium.*

Aqualiculus) dimin. ab aquaculus, quod vas è quo porci sorbent , per translationem pro ventre, sive alio ponitur, in quem fordes confluunt.

Sesquipes.) Mensura unius pedis cum semisse.

58. *O Ianē à tergo quem nulla ciconia pinsit.*) De ridet ulteriū illos laudum captatores , quos adulatores ore & fronte laudent, manu inter è ciconiam significantes à tergo ludibrio, & ridiculi loco habeāt.

O Ianē,) quām tu felix , & beatus, cui nulli adulatores à tergo imponere possint, quippe qui in occipito etiam oculos gerat , & qui denique adeò immunis sit à posticā adulatorum fannā. Per Ianum autem intelligit cordatos, & prudentes, quibus contra ejusmodi nebulones semper illud Epicharmi animo stat *Νέφοι*.

A tergo quem nulla ciconia pinsit.) Tria genera fannarum, aut manu significare ciconiam, aut apposito ad tempora pollice aures asininas , aut linguam sifientis canis, imitari. Porrò aves pinsere dicuntur cum rostrum alicui rei crebrò impingunt. Vnde hoc loco Persius Metaphorā sumtā quem nulla ciconia pinsit dicit , id est rostro tundit , & percudit, ciconiam appellans digitos in formam rostri ciconiae contractos. Quod genus olim irrisio[n]is erat apud Italos.

59. *Nec manus auriculas imitata est mobilis albus.*) Cui non à tergo manus irtisq[ue]rum proterva , & mo-

bilis albas auriculas asinorum expresit. Huc spectat id quod postea dicit: Auriculas asini quis non habet? Respexit autem Persius ad illam historiam de Junio Basso homine dicacissimo, qui asinus albus appellatus. Vide Quintil.lib. 6. capite derisu.

60. *Nec lingua, quantum sit at canis Apula.)*i.nec linguæ tantum exseruntur ab irrisoribus & protenduntur, quantum Apulæ canes astuantes & sitiennes longissimè: Quod Saxones vocant caput leonis imitari, *Einen Löwenkopf machen.* Apula dixit; nimius enim calor exsiccat, & torret Apulæ regionem, quod & testatur Horatius lib. 1. Sat. 5. *Incipit ex illo montes Apulia nos ostentare mibi, quos torret Atabulus.*

61. *Tanum Vos ô patricius sanguis, &c.)*Sic enim commodius legi mihi videtur, cum non verisimile sit Poëtam talem illud tantum & quantum hoc loco tam incepè penè dixerim conjunxit. Hoc est, Quare vos ô patritij nobiles & principes Romani, cum cæco occipitio vobis vivendum sit, tantum unicum hoc vos etiam atque etiam moneo, ut operam detis ne post tergum aliquis horum Phormionum & sannionum vos irrideat, vobis imponat.

62. *Quos vivere fas est occipi cæco.)* i. Cùm vel natura vobis nullos oculos in occipitio collocarit: vel potius cùm vestri imprimis sit ordinis, minus oculatos esse minusque prudentes, cùm stultitiam opeps patientur, & possidentes occæcent.

*Poëtæ occurrite sannaæ.)*Cùm inquam ob divitias nullum privilegium singulare natura vobis concessit, ut tanquam Janus in occipite oculos habeatis,

date

date operam ne derideamini poëticā sannā. Est autem Sanna os cum vultu distortum, quod facimus dum alios deridemus: Vnde Sanniones dicti qui non rectum vultum habent.

63. *Quis populi sermo est?)* Illi tui parasiti ita te à tergo derident. Quos tamen si interroges, quid populus sentiat de tuis carminibus, coram te laudent, & à populo laudari dicunt.

Quis enim nisi carmina molli, Nunc d.n.f.) Verba Parasiti suo Thrasoni respondentis: Nam quis sit sermo vel aestimatio populi de tuis carminibus; nisi illa tam molli numero fluere, tam terfa, nitida, concinna, apta, suavia, rotunda, omnibusque numeris absolute esse, utne Momus quidem habeat, quod in ipsis reprehendat.

64. *Ut per lave severos Effundas j.m.* yet minus ruditatis, & asperitatis in iis deprehendatur, quam in lapidum juncturis & commissuris, quos artifices tanta industriâ & solertiâ conjungunt, levigant, exposuunt, ut nusquam vellatum unguem transmittant, nulloque sensu commissuram invenias & deprehendas. *Effundat, i. non intromittat, & excludat, cum nulla ibi rimavel juncturæ vestigium appareat.*

65. *Scit tendere versum, Nō scis a.s.o.r.d.u.)* Versus scribere novit enodes, lèves, æquales, sine scabritiâ, & asperitate, in quibus nihil curvum, nihil tortuosum, nihil pravum & eminens, sed omnia æquali levitate ita perpolita, & directa, ut non minori cura, & solertia emensus eos sit, quam fabri lignariorum trabium rectitudinem normâ aliquâ ad perpendicularium uno oculo emetientur, & rubricâ insuper

lineam inducunt.

67. *Sive opus in mores, in luxum, & prandia regū Dicere.*) i. Noster Poëta cuivis materia tractandæ & scribendæ est par, aptus & idoneus. Sive enim illi humile aliquod, & Satyricum opus tractadum, quo depravatos mores, & luxum populi Romani, & immodicas voluptates, delitias, & lautitas regum taxet, & reprehendat: nemo idem pari dexteritate, & solerteria unquam præstiterit.

68. *Res grandes nostro dat Musa Poëta.*) Sive etiam grande aliquid, sublime, & Tragicum Poëma, quo Regum & principum res gestas, & miserabiles casus, & interitus describat, ipsi tractandum, nullib[us] ipsum Musa, & ingenii nervi, ac vires deficiunt. Et hæc quidem verba Parasi.

69. *Ecce, modò Heroas sensus adferre videmus.*) Tatum autem abest ut glorioſi illi Thrasones, à suis adulatoribus se ludibrio haberentiant, ut illorum etiam adſentationibus in sua insana superbia confirmati, jam veteres Heroum casus, (qui ante solummodo Græcorum nugas carminibus exprimebant,) & longè majora ingenii viribus tentare, & denique nihil non scribendo aggredi vescantur.

Heroas sensis.) i. animos Heroicos grandia, sublimia, Tragica aggredi ausos, ob laudes illas Parasitorū.

70. *Nugari solitos Græce,*) qui ante solummodo Græcorum nugas tractabant, & amatoria illorū carmina imitabantur & illustrabant. Hæc paullò aliter Frischlinus. Sed mihi hæc veriora videntur, de quibus doctiori judicium.

71. *Nec ponere lucum Artifices.*) quasi dicat: Nam
qua

quæ hæc stolida, flagitiosa, & audax amentia, tam grandia, & sublimia aggredi, cùm ne vilissimis quidem pro dignitate tractandis par sis? Tragœdias, & alia meditari Heroica, cùm ne rus quidem saturum, & cetera, quæ artis Poeticæ tyrocinia & initia sint & rudimenta rectè laudare scias? Simili modo dixit Horatius — *forte Cupressum Sis simulare*, quo significatur rudis, & malus pictor, qui non integrat tabulam, sed Parerga tantum, quæ rudimenta erant arte pingendi discentibus, depingere, & deliniare possit. Similes hi, qui magnum carmen condere instituunt, cùm ne rus quidem segetum ubertate luxurians, & descriptiones amcas fluviорū, & Poëtices progymnasmata explicare possint, quas idcirco non suo loco adhibent, & Poëma fucant, & adulterant intempestivis ornamentis, ut ex Poëmate monstrum reddatur, quale describit Horatius initio artis Poeticæ *Humano capiti &c.*

Nec ponere lucum Artifices.) Duplex Græcisimus: Et prior quidem in verbo ponere, qui hoc loco idē quod *ritus*, pro facere, more Græco creberrimo posito: alter in Phrasī artifices ponere lucum, de quo superioris in Prologo, ubi, omnino eodem modo dixit Venter negatas artifex sequi voces. Significat autem, quod non tantum in arte profecerint, ut lucum ritè describere, aut rus saturum, & ubertate fructuum amcas laudare possint.

72. *Vbi corbes, Et focus, & porci, & famosa Palilia fœno.*) Nec corbes, aut focus, aut porcos, aut Palilia, pro dignitate queunt exprimere. Erant autem Palilia festa Palis Deæ pastorum, quæ, ut Varro

ait, tam privata, quam publica apud rusticos celebabantur, ut congregatis cum fano stipulis ignem magnum transiliant, his Palilibus se expiari credentes. Alii volut Parilia, quoniam pro partu pecoris eidem sacrificabant.

74. *Vnde Remus.*) Qui cum netam humilia quidem recte versib[us] conscribere possint, multò minus aliquantulum adhuc illis sublimiora. Ut quomodo Romulus, & Remus è pastoribus urb[is], & Imperii conditores evaserint; quomodo Quintius Cincinnatus ab agro in urbem, à populo Romano ad dictaturam sit accersitus.

Sulcōque terens dentalia Quinti, &c.) Est vocandi casus. Quomodo, ò Quinti, cum manu strivam tenes, aratro sulcum duceres, ageliumque colcres, quomodo tua trepida novitate rerum conjux, ante boves te aliis vestibus indueret, cum p[er]nè nucleus arares, & togam circumjiceret, & denique quomodo liclores aratrum humeris impositum comum deportarint.

Sulco terens dentalia,) Phrasis Poëtica, i. arans. Nam dentalia illa continua aratione paullatim attenuantur. Est autem dentale lignum cui vomer arandi causa inducitur, sed & provomcre ponitur, quod ferrum in aratro id quod liras facit, quod terram vomat ita dictus.

75. *Induit uxor.*) Racilia fuit appellata. Ceterum quomodo L. Quintius Cincinnatus ab aratro ad dictaturam vocatus equos sub jugum egerit, & decimosexto die quo magistratu acceperat dictatura se abdicavit, fusiū apud Livium & alios legere est.

Euge Poëta.) amara irrisio. Egregios vero, & omnialau-

ni laude dignos Poetas! qui grandia, sublimia, Heroica, Tragica aggredi non erubescunt, cùm ne hæc quidem tam minuta, tam pusilla recte describere posint.

77. *Est nunc Brisei quem venosus liber Acci.*) Hucusque Poëtastros illos Romanos recentes taxavit; Sequitur jam alia reprehensio, illorum qui spretis recentibus, antiquissimos tantum Poëtas Accium, Pacuvium, Afraniū & reliquos, in precio habebat, admirabantur, & ~~xanθός~~ æmulabantur virtutibus imitati.

Est nunc &c.) quem moretur, quem delectet, cui placeat & probetur.

Venofus liber,) inæqualis, mendorus, tuberosus, mendorum plenus, &c. ut n. ox, verrucosus. A venis deductum, quæ plerique si pleniores sanguine inæqualitatem cutis pariunt, unde hoc loco venofus, asper, incultus, horridus, & inæqualis.

Brisei Acci.) Veteres Tragici, & Comici ait Turnebus, in Liberipatris clientele & fide erant, unde hoc loco Accius Tragicus vetus Poëta Briseus vel Bacchicus appellatus. Nam *Brioseus*, Bacchus, unde Briseus a. um. Alii legunt Attī, Labeonem intelligentes, fortè Briseum appellatum qui Iliada Homerī transtulerit, in qua, primo præsertim libro credita Briseidas mentio, unde Briseida conscripsisse dicitur, librū turgidum & ineptum. Sed nihil hic adfirmo.

78. *Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur Antiope.*) Sunt quos delectet Pacuvius, eiusq[ue] Tragedia Antiope, cuius oratio tumida, verrucosa, tu-

berosa, salebrosa, aspera, inculta & horrida. A verruca, quæ itidem, ut vena superius, tuber, & inæqualitatem gignit.

79. Aerumnis cor luctificabile fulsa.) In qua Tragœdia Antiope conqueritur cor luctus & doloris plenum ærumnis sibi fultum esse. Audax sanè, & temeraria, absurdaque Metaphora, cor fultum, nimulum, & incumbens ærumnis habere: Cūm fulciamur gratis, & salutaribus, non damna adfertibus, & molestis. Sunt autem verba ipsius Pacuvii, quæ insolentiae & vanitatis plena ex illa Tragœdia citat, vel saltem Persii, quæ ad Accii, & Pacuvii similitudinem, de industria adfectavit, quos deridet. Porro fulta cor, usitatissima illa & nemini non nota Syneccodie.

80. Hos pueros monitus patres infundere lippas
Cum videas, &c.) id est, Et hoc quidem malum cūm adeò vulgare & frequens sit, & latissimè serpat, ut patres etiam lippi, & senes decrepiti antiqua illa, & obsoleta, pueris & junioribus monendo, & hortando commendent, & omnibus modis inculcent, causa profecto nulla est cur sartaginem hanc loquendi, pūsim usitatam, admireris, & quæras unde hæc confusio, & miscellanovæ & usitatæ, veterisque & obsoletæ locutionis jam Roma denuò inoleverit.

Hos monitus.) Veteres illos Poëtarum & Tragorum, & vetusta illa verba in precio habenda esse, admiranda & imitanda.

Patres lippas infundere,) obsoleta illa & vetera, obsoletos, senios, onfertos & vitio oculorum lippientes, à teneris annis, velut cum lacte materno instillare,

lare & inculcare.

81. Quarisse unde hac sartago loquendi V. in l?) Vnde mixta illa confusio obsoletorum & usitatorum linguis, ac sermoni accesserit. Sartago patina pisium, aut alterius obsonii, in quâ varia coquuntur, &c. Pulcre autem hoc loco Satyrica translatio, & audaciori phrasí cūm dicit Sartago loquendi, ineptum illo- rum sermonē imitatur & deridet, & probè ~~τὸ περιστερόν~~ obseruat.

82. Unde istud dedecus.) Sermonis, & indignus nobilium Romanorum mos sit exortus, ut equites nostri, & delicati, & voluptate diffuentes Romanobiles, etiam ejusmodi vetusti, & obsoleti sermonis imitatoribus, & fabularum auctoribus applaudant, & manuum ac pedum exultatione faveant.

83. In quo Trofulus exultat tibi per subsellia lavis.) Trofulum oppidum Hetruriæ, non procul à Volscis, hoc equites Romani sine peditibus expugnare runt, Numio quodam duce: unde equites Romanos hoc loco Trofulos dici putant. Sed verisimilius quod doctissimus Beroaldus in Apul. Afin. Aurei lib. 7. scribit, Trofulos hoc loco dici, delicatos, obesos, succulentos, quorum D e u s venter, quasi Torofuli, à torosa scilicet carne, & arvina. Et Nonius, Trofuli dicti sunt, quasi torofuli, id est habitiores, à torosa scilicet pinguitudine. Et Hieronymus in Iovianum, Formofuli nostri, & Trofuli, & vix summis pedibus adumbrantes vestigia, imitetur saltem gentilium parcitatem.

Trofulus lavis.) i. politus, glaber. Significat auditorem voluptuarium, succosum, opimum, quos ma-

gis pigmenta , flosculi , lenocinia orationis , & verba inaudita & obsoleta , quām res , & sensa , & gravissima ad virtutem capescendam monita , capiant , & commoveant .

Per subcellia ,) Amphitheatri , vel ædificii in quo illæ fabulæ agebantur , & exhibebantur , & Poemata talia recitabantur .

84. *Nilne pudet capiti , non p.p.c.)* Sequitur jam alia reprehensio , quod non solum Poetas vetustatem illam adfectantes , verum & oratores , & Rhetoras in causis perorandis , cùm agitur de judicio capitis , antiqua illa , & obsoleta latino sermoni miscentes , & grandiloquentiam illam veterum in foro adfectantes , suscipiant , & admirentur .

Nilne pudet?) aliquem non posse se in foro , ubi de capitibus periculo agitur defendere , & à se periculum depellere , nisi vetustam illam & obsoletam grandiloquentiam , quam tanto desiderio audire flagras , causam perorans adfectet , & imitetur .

Capiti cano , vel suo , vel alterius . In cano autem vehementis Emphasis , quasi dicat , turpisimum esse , canum , adeò & senio confessum ejusmodi ineptias , & nugas adhuc morari .

85. *Quin tepidum hoc opes audire decenter .)* quasi dicat , nisi affectato grandiloquentiæ veteris fuco orationem suam ornnet , & decorè pronunciet , fore ut judicibus illis trotsulis & delicatis caussa cadat .

Tepidum hoc ,) dicendi genus fortè quod nec Latinum , nec Barbarum , ut tepidum nec calidum omnino , nec frigidum .

86. *(Fur es ,)* ait Pedio . Nam si aliquis Pedio dicat

dicat accusator , fur es Pedio . furti , & peculii ablati accusaris , & argueris .

Pedius quid?) Quid tunc respondet Pedius . quâ ratione Pedius se excusat , & quibus argumentis se purgat , & defendit?

87. *Criminariaj Librat in Antithesis .)* Ille verò non directè ad crimen sibi objectum respondet , sed postpositis , quæ ad causam obtinendam faciebant , veris & solidis argumentis , quibus fortè destituitur , solummodo verborum flosculis , & lenociniis , figuris , & Antithetis , crimina sibi objecta librat , pondusat , trutinat , æstimat , examinat , & nescio quâ circuitione à se removet , & declinat .

Rasis Antithetis ,) i. ingenti cura limatis , politis , ornatis figuris : Vt : illumne furti accusari , qui commoda , & salutem populi Romani promovet , avaritix , qui in omnes bonos pronus , & benignus . &c. petulantiae , cui pudor , & probitas semper existere comites ; fraudum , cui fides in fronte , & corde . Sunt enim antitheta , que contra se ponuntur .

Doctus posuisse figuras .) vt rectè Scaliger , non doctas . De Phrasij hac Græcâ superiùs aliquoties dictu . *Doctus pos. f.* qui egregiè & artificiosè didicit figuras , & ornamenta verborū cōcinnare . In hac significatiōe etiā superiùs verbo ponere vel rūbus usus Pers .

88. *Laudatur; bellum hoc , hoc bellum .)* Reprehēdit auditores , quod non solum non ægrè ferant ipsum verborum pigmentis , & luxuriâ illos eludere , & crimen à se removere , verum insuper etiam ipsi acclamēt , quasi pulcrè , benè , rectè , bellè , & sapienter dixerit Pedius , & ab omni crimine sit alieni simus .

Idem reprehendit Horat. lib. i. Sat. 10.

Hoc bellum.) scilicet dixit Pedius, verba populi, & auditorum, vel cum interrogatione. Tunc est Poetae, spectans ad sequentia.

An Romule cever?) Verba Persi Romanos increpantibus, Itane igitur ô Romule & Romani Quirites? acieōne à virtute, & sapientia majorum vestrorum degeneratis, ut impudentissimo rabulae, & impotiori flagitioso assidentemini, & canum more adulamenti, & ad blandiamini?

Cevere, est clunes movere, quod fit adulando ut in canibus videre est.

89. Mén' moveat quippe?) Ingens profecto flatum & dedecus, vos adeò esse leves, & faciles, ut vento vos commoveri patiamini, & impudentis ejusmodi rabulae verbis fidem habeatis?

Ei cantet si naufragus, asem Protulerim?) Ego profecto impudentissimorum illorum nebulonum clamoribus non magis moveor, quam si quem naufragum sua pericula, discrimina & casus in tabula depictos circumferentem, & stipem corrogantem, cantare, & præ gaudio exultare audiam.

Cantet si n. a. P). si naufragus cantet, egone vel asem protulerim? quasi dicat, minimè vero, Nam cantu hominum misericordiam in se non convertet, sed querimonias, & lacrymas illos derum ad misericordiam commoverebit: Ita & impudens ille Rhetor, suis illis delectis figuris, & verborum ornatu nequicquam me commovere studeret, sed veris & solidis argumentis, & rationibus.

90. Cantas, cùm fracta te intrabe pictum, Ex humero

emero portes?) Verba Persi ad naufragum, Quid hoc absurdio absurdius, te infelicem tuum casum, & naufragium in humero depictum gerere, & interea canere, & nihilominus metuo in fortunio ad misericordiam, & tibi subveniendum, te commoturum sperare? Et quid illo absurdius aliquem manifesti criminis, & furti accusatum, ubi lacrimis, & humili deprecatione opus erat, se insuper grandi, tumida, & superba oratione velle purgare & defendere; & ita impunè, tam malis, & perniciose artibus, evadere?

91. Verùm, nec nocte paratum Plorabit, qui me vollet incurvasse querelā.) Immò vero ne ille quidem me commoverebit quinocte paratam, & meditatam querimoniam plorans mihi recitare voluerit: Et qualis me aliquò flectere & incurvare voluerit ejusmodi factis & præmeditatis querelis, frustra me aggressus fuerit: Nec itidem loquax ille rabula oratione suâ elaboratâ, & lucernam olente, nisi veræ, & solidæ rationes subsint, unquam me commoverit.

93. Sed numeris accor est, & juncta abdit crudis.) Obiectio. Ut maximè concedam ô Persi, facta ejusmodi verborum ornamenta caussis orantis & peragendis minimè competere, Sed in numeris tamen, carminibus, & versibus illa ritè posse adhiberi quis neget? cùm quæ aliæ forent cruda & ingrata illis figuris, & verbis antiquatis decus, & ornamentum, suavis & consona connexio, & singularis dulcedo addatur, & in illis abdita lateat.

Sed numeris,) Si non causis forensibus, saltē carminibus vel numeris illa adscita ornamenta cōpetunt.

(crudis,) immaturis, acerbis, ingratīs, incultis.

Iunctura addita.) i. suavitas junc̄turæ, & structuræ coagmentatio æquabilis. Legendum autem addita, ut notat Turnebus.

94. *Claudere sic versum didicit, &c.)* Responsio Poetæ. Nempe talia ornamenta, & talis junc̄turæ concinnitas illis adduntur, ut in sequentibus versibus videre est, quos egregius ille Poeta (Neronem, ut quidam putant, intelligit) sic claudere didicit:

—*Berecyntius Atys*

95. *Et qui ceruleum dirimebat Nerea Delphin,*
96. *Sic costam longo subduximus Apennino.)*

Versus sunt inepti cuiusdam & absurdæ Poetæ, frater & mollis, enervatae & elumbis compositionis. Fuit autem *Atys* puer formosissimus, quem Cybele, vel *Berecyntia* (à Berecynto monte Phrygiæ ubi colebatur ita dicta) mater Deum cauto amore adamat: (unde & *Berecyntius* appellatus) eumque suis sacris præfecit, sed ea lege, ut perpetuum pudicitiam servaret. Qui cum voti parum memor postea Sangaritidem Nympham compresisset, irâ Deæ in furorem versus, cum sibi manus adferre vellet, miseratione Deæ Cybeles in pinum conversus est. Vide Ovid. Met. lib. 10. Porro *ceruleum Nerea*, pro aqua posuit, & *dirimere* pro nare vel aquas secare, Metaphorâ audaci, temerariae & absurdâ. *Sic costam*, pro aliqua montis parte posuit, adfectate & inepte, nisi costa forte ponitur pro pino. in quam *Atys* conversus, quam inde ab *Apennino* abstulerint, qui quidem mons illis densus. Corn. Severus,

Pinea frondosi coma murmurat Apennini. Sed hoc foret ineptius adhuc.

Apen-

Apennino.) mons Italianum medium dividens; incepitque à Genuâ & supra Carnos incumbit.

Porro legendum *Berecyntius*. sine aspiratione, cum Græcè sine aspiratione ~~βερεκυντιος~~ scribatur, & ut distinguatur à Deli monte Cynthro, cuius ultima aspiratione, ut rectè monet Servius.

97. *Arma virum.)* Nónne hoc spumosum & cortice pingui? Respondet Persio ille turgidorum carminum admirator & patronus: Si hæc tibi adfectata & turgida, quædo quid de illo Maronis principio statuis? *Arma virumque cano.* Nónne hæc compositio turgida, horrida, scabra, similisque crasso cortici ramalium annosorum?

Spumosum,) Vanum, turgidum, instar spumaæ.

Cortice pingui.) crasso, inornato.

98. *Viramale vetus vegrandi subere coctum.)* Nónne adeò crassum, & pingue illud initium, ut vetus ramus, & truncus ingentis suberiæ calore solis exsiccari. Qui quidem suber corticem habet crassissimam. Et hæc verbæ sunt objiciētis, & pertinent ad præcedentem versum. Vel Poetæ Persi Ironicè ipsi adversario tanquam indigno cui ad tanta absurdæ serio aliquid dicat, respondentis. Frischlinus tanquam Persii verba ita interpretatur: Certè si vetus & aridus suberiæ ramus, quem diuturnus solis calor exsiccavit, pinguis, tumidus, & spumosus est, erit etiam Virgilii Poema inflatum & turgidum. Sed durius hoc mihi visum, cum hic suberiæ fiat mentio, qui cortice est verè pingui, & maximè crassâ.

Vegrandi.) Particula ve voci præfixa semper auget, & intendit, ut *Vepallidus*, *velanus*, *vegrandis*,

valde pallidus, insanus, grandis.

99. *Quidnam igitur tenerum, & laxa cervice legendum?*) Rursus interrogat Persium; quando tu omnia reprehendis , Age dic, quódnam concinnum, & tenerum, & non pingui cortice carmen, sed omnium censorum iudicio sublimius, superius, & limatus, quod meritò aliquis elegantiō gestu, & laxā, prominentiori, magis extensā & sublimiori cervice? magis decoro, & molliori motu pronunciet?

100. *Torva Mimalloēis implerunt cornua bombis,*

101. *Et raptum vitulo caput ablatura superbo*

102. *Bassaris & Lynxem Manas flexura corymbis*

103. *Euion ingeminat, reparabilis adsonat Echo.*

Rēspondet Persius: hæc scilicet tam terfa, nitida, limata, polita, & omnibus numeris absoluta carmina. Sunt autem versus (ut quidam putant) Nero-nis, vel saltem alijs cuiuspiam nobilis Romani , insufi, turgidi , putidi , & inepti: in quibus nihil non adfectatum, nihil non fabulosam antiquitatem, & ineptam verborum ostentationem redolens. Recita-vit autē ea festo Bacchanaliorum, de Pentheo à Bacchis discripto, fabulam referens. Quām verò ineptè omnia adfectata! Nam protibī posuit cornua tor-va, pro sono ministrorum Liberi patris, vel Bacchi, Mimalloēos bombos , pro Pentheo , vitulum su-perbum, pro Bacchā, vel Sacerdote Liberi Bassari-da, pro Baccho Euion posuit.

Porrò *Mimalloēes* sunt ministri Bacchi, ut qui-dam volunt *Δωδεκάνεοι μουσοίς.*

Bassaris.) Ita dicta à genere vestis quā Bacchus ad talos dimissā usus, quam Thracē Bassarin vocant;

vel

vel à vulpibus quarum pellibus Bacchæ succinge-bantur, quæ Thracibus Bassares dictæ.

Manas) ados, Baccha insaniens *Χαρ' τοῦ μανιάς.*

Versus in quibus de industria omnis perspicuitas, elegantia, & gravitas neglecta, & ut breviter dicam, vox sine mente.

104. *Hac fierent si testiculi vena nulla paterni Vi-veret in nobis?*) Verba Poetæ indignationis & expro-brationis plena. Hæc tam turpia, & flagitiosafierent, hæctam turgida, & ineptè adfectata scriberentur, si quid paterni adhuc sanguinis , & virtutis in nostris animis, & nobis supereret , & reliquum foret , nec quanti quanti à virtute, moribus , & paternâ lingua degenerassemus?

Vena paterni testiculi.) i. sanguinis paterni reliqui quid esset, viveret , & vigeret in nobis usque a-deò degeneribus.

105. *Summa delumbē salivā Hoc n. i. l.)* Ulterius Poeta reprehendit effeminateam pronunciationem. Et hæc tamen tam rancida, putida, elumbia, & plum-bea, nescio quā molli, tenerā, liquatā, delicatā & ad-fectatā pronunciatione exprimere , & recitare co-nantur.

Delumbē hoc.) alijs elumbē, est tenerum, molle, e-nervatum, & effeminatum hoc. Intelligit carmina, qualia superiùs recitavit.

106. *Natat in labris summā salivā.*) i. linguā, & la-bris primoribus, verba effeminent molliter expref-sa, & in summā salivā natantia. Exemplum in qui-busdam blæfis videoas, quos illi non sine singulari e-legantiâ se imitari putant.

Et in udo est Mænas & Atys.) i. Mænas & Atys humida, & tenera lingua quæ salivâ & humore scatet pronunciatur molliter & teneriter, nec impressione sicci plectrivalidâ signatur & feritur. Mænas quoque & Atys ad materiam mollioris carminis pertinent, & argumenta suppeditant, ut notat Turnebus. Porro *oīēvō*, quod uvidum, & humidum, pro molli, & tenero non infrequenter usurpatum. Frischlinus paullò aliter hæc, nec omnino male. Verba ejus, Nunc proh dolor eo perventum est, ut nihil pœnè aliud in primis nobilium labris obversetur, nisi Bacchus, & Cybele, nihil in summâ eorum salivâ, & udo ore innatet quam delumbe & enervatum hoc Mænas & Atys.

107. Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit ungues.) Qui tamen versus nullâ diligentia, nullâ solertia studio, industriâ, & præmeditatione sunt elaborati, sed velut rudem, & imperfectum, & abortivum partum in lucem proferunt, & cæcis suis auditoribus obtrudunt.

Nec pluteum cedit.) Poëma nempe vel carmen illorum nullam industriam, nullum diligens studium quo elaboratum sit, præ se fert. Erant autem Plutei parietes, in quos cogitabundi, vel pugnos vel caput illiderent, si quid pro voto non suggesteret animus. Sunt etiam Plutei, teste Festo, tabulæ quibus aliquid præsepitur, & insuper quibus utuntur ii, qui aliquid meditantur, & conscribunt. Ut sit illud *Pluteum cedit* hoc loco, sœpe stilum vertendo tabulam etiam perforare, vel cum cogitabundi, & irati tabulam cædunt, &c.

Nec

Nec demorsos sapit ungues.) Nam sollicitè aliquid meditantes, ungues arrodunt, caput scabunt, qui gestus hominis cogitabundi, & de mutando, cuius pœnitentia agitantis intra se, & solliciti. Horat. eodem sensu dixit lib. 1. Sat. 10.

— in verso faciendo

Sape caput scaberet, vivos & roderet ungues.

108. Sed quid opus teneras mordet radere vero Auriculas.) Obiectio nobilis cuiusdam Romanî. At ò Persi quid opus te istâ Satyricâ libertate uti; & verò quid prodest te veritate illâ odiosâ nobilium aures offendere? Cave sis ne magnates illi te suis ædibus excludant, & amicitiae renuncient.

Teneras auriculas,) molles, delicatas nobilium Romanorum.

Mordaci vero.) i. veritate molestâ, odiosâ, & mordaci, quæ odium parit, & imprimis illis nobilibus, & Aulicis suspecta, & odiosa, quod vel ex historia Passionis Christi in Pilato videre, in hæc verba proumpte: Quid est veritas?

Radere, vellere, infestare, offendere.

109. Vide sis, ne majorum tibi foris Limina frigescant.) Cave nobilium liminibus vel ædibus excludaris. Frigescere Metaphorice accipitur pro ocio sum esse, & languescere, i. ne limina, vel ædes à te sint vacue, & ociosæ, nec amplius tibi perviæ, & tristæ. Sic Horatius lib. 2. Sat. 1.

O puer ut sis

*Vitalis meruo, & majorum ne quis amicus
Frigore te ferias.*

Ad quem locum omnino respexit Persius, cuius

etiam indicium est, quod uterque Lucilii exemplo, se excusat, & purgat. *Videbis*, illudde correptum, ut & cave apud Horatium.

110. *Sonat hic de nare canina Littera.*) Nam hic, in his potentiorum ædibus canina litera r iram, & indignationem, & faciles irritatu animos denotās, assiduè personat. Vel, Hic in tuis Satyris littera de nare caninā sonat, i. mordax, & molesta oratio, qua unumquemq; more rabidorum canum terres, allatas, mordes.

111. *Per me quidem sint omnia protinus alba, Nil moror.*) Respondebat Persius: ô quicunque mihi haec monendo objectas: Sanè quod ad me attinet nihil moror. & impedio, quin omnia Romanorum facta, dicta, scripta sint alba, jucunda, pulchra, lepida, fausta, prospera, honesta, candida, proba.

112. *Euge omnes, omnes bene mira eritis res.*) Age igitur, ego à mē hāc Satyricā mordacitate & cavillatione desistam, & omnia tanquam mirè bona, & optata laudabo, & unā cum vulgo amdirabor, omnes nobilium res, scripta, dicta, omni laude & admiratione digna, omni reprehensione superiora mihi erunt, non secus ac vestris adulatoribus omnia pulcrè, benè, rectè videntur.

113. *Hoc juvavat.*) Hæc mea verba, & hæc mea oratio, te juvavat & delectat.

Hic, inquis, vero quisquam faxit oletum.) Namsi tali laude, & blandâ oratione tibi supparasitus fueris, hīc vero inquis, & prohibeo, aliquis inter te, & me diffidium velit, measque laudes cavillando deturper, & contaminet.

Faxit

Faxis oletum,) fecerit foedum odorem ut Germani, *Ein Gſtēnck machen.* Alii oletum interpretantur locum olidum & foetidum.

114. *Pinge duos angues,*) duos dracones quorum metu pueri perterriti, hunc sacrum locum non maculent, tuam vitam moresque innocentissimos & integerrimos nemo vituperet & reprehendat. Turnebus aut: Heroibus sacer erat Draco, unde serpentem famulum parentis vocat Aeneas s. Aeneidos Virg. *Incerti genūmne loci famulūmne parentis esse putant.* Et locorum genii ut serpentes pingebantur.

Pueri sacer est locus, extra Mezie.) Nec solum duos dracones pinge, sed insuper hoc editio caveas, ne aliquis hunc locum, tuos honores & laudes, & facta & dicta honesta, & laudabilia contaminet, & vituperet. Irridet autem nobilem illum Thrasonem.

115. *Discedo.*) Siquidem igitur vita vestrorum nobilium, facta, & dicta, ut locum sacrum & fulmine tactum, tangere piaculum, & nefas, recedendum, & quiescendum mihi fuerit.

Secuit Lucilius urbem.) Lucilii libertate, & Horatii in taxandis aliorum vitiis solertia, & dexteritate se defendit. At quo jure vel quā injuriā mihi non licet, quod aliis impunè licuit? & mihi quidem leviter vicia, & pravos morestangenti, cùm alii urbem secuerint, & lancinaverint, quæ hæc æquitas, quæ non potius iniquitas.

Secuit Luc. urbem.) id est, omnes & singulos principes civitatis, & populum singulari verborum acrimoniam exagitavit. Testatur idem Horatius lib. I. Sat.

10. *Quod sale multo urbem defricavit,*) i. acrius mor-

E

daciisque notavit. Et Sat. 1. lib. 2. *Quid cum est
Lucilius anus, &c.* Et paullò post: *Primores
populi arripiunt populumque tributum* Scilicet uni a-
quus virtute atque ejus amicis.

Vrbem i. 35. tribus, ut constat ex Cicerone in Ver-
rem & Rullum, & lib. 1. App. de bellis civilibus, &
Valerio Maximo.

Sequit.) i. arripiuit, culpavit, laceravit, &c. Horat.
lib. 1. Sat. ult. *Ridiculum acri Fortius & melius ma-
gnas plerunque fecas res.* i. mordet, lacerat.

116. *Te Lupe, te Muti.*) Publicum Rutilium Lu-
pum consulem cum L. Iulio Cæsare, & Mutium Al-
butium, & Q. Caecilium Metellum Macedonicifeli-
lium (ut notat Horat. lib. 2. Sat. 1. in gratiam P. Cor-
nelii Scipionis mira libertate Satyricā, mordaciter
defrictus, & pñè lancinavit.

Et genuinum fregit in illis.) Tanta mordacitate eos
insectatus, ut pñè genuinos dentes in lacerandis il-
lis fregisse videatur. Sunt autem genuini dentes po-
steriores, qui in extrema gingiva in homine gi-
gnuntur novissimi.

117. *Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tā-
git.*) Simili ratione Horatius Flaccus, vafer, callidus,
& astutus, licet tantā non usus acerbitate, adeò tamē
callidā, & versutā astutiā amicorum vitia tangit, &
perstringit, ut inter mordendum & reprehenden-
dum jocari, nec seria agere videatur.

Vafer,) quasi valde Afer: mira enim illius gentis
calliditas.

Ridenti amico,) uo etiam Mæcenati, quem Malthi-
num vocat, & aliis quos jocando serio reprehendit,

nec

nectamen offendit.

118. *Et admissus, circum precordia, ludit.*) non ex-
clusus, interiora etiam vitia ludendo tetigit, & re-
prehendit. Hujus si exempla desideres, vide Hor.
lib. 1. Sat. 9. ubi ait ad garrulum, *Velis tantummodo,*
&c. ipsum facetissime ludens. Et Sat. 6. lib. 2. *Ex
quo Mæcenas me coepit habere.* Vbi etiam Mæcena-
tem occulte tangit. Et aliis locis infinitis.

Callidus excusso populum suspendere nafso.) i. Qui
callidus fuit in vafre, subdole, & tecte irridendis a-
liis. De proverbio hoc Naso suspendere, quemad-
modum, & de Græcisino, hoc Callidus suspendere
superius dictum.

119. *Excuso nafso,*) quo quidem populum sus-
pendat, sed ita tamen nafsum rursus illi excutiat, ut
ab illo se irrisos vix sentiant.

120. *Men. mutire nefas?*) Cujus hoc æquitatis, illis
totam urbem lancinare, & probè sale defricare fuisse
impunè licitum, me etiam mutire nefas esse?

Mutire) propriè timidè, & imperfectè loqui.
Nec clām?) Quod aliis palam facere concessum.

Nec cum scrobi?) Vt quemadmodum Midæ regis
famulus, regem suum asininas aures habere, nec
tuto prodere & indicare, nec etiam reticere potuit,
ac proinde scrobi immurmuravit, & arenæ post ob-
ruit; sic & ego vitia principum & populi Romani,
meis libris tanquam arcana quasi immurmurem &
concredam?

Nu/quam.) Verbum Persi. Ergo nullibi mihi
vel palam vel clām vitia reprehendere concessum?

121. *Hic ramen infodiam.*) Respicit adhuc Midæ

historiam. Licit nullibi nobilium illorum vitia di-
vulgare fas, huic tamen libro illa infodere nihil ve-
reor.

122. Vidi, vidi ipse, libelle, Auriculas asini quis non habet?) Ulterius Midæ historiam respicit: Nam ut famulus scrobi insuffuravit. Vidi, vidi Auriculas asini Mida rex habet: Ita & ille, suo libello inscribit, Vidi, &c. Ita autem primò hunc versum compo-
suisse dicitur. Auriculas asini Mida rex habet, qui, ne à Nerone in se dictus sentiretur, in hunc modum à Cornuto præceptore emendatus est: Auriculas asini quis non habet? hoc est Nero, & Romani prin-
cipes omnes ridiculi, inepti, bardi, & stulti.

Hos ego operi sum:) hoc quod meo libro tanquam abditum. absconditum, & arcanum, in fossum ha-
beo, & quod facile Romæ lectorum non invenit.

Hoeridere meum tam nil, nulla tibi vendo Iliade.) i.
Hosce Satyricos risus meos, & cavillationis, licet nul-
lius sint precii in populo Romano; tamen cum La-
beonis Iliade, & aliorum servilibus assentationibus
non permutavero.

123. Hoerideremeum.) Græcis mus, hunc amarum jocum, & risum Satyricum.

Tam nil,) vel revera nullius precij, vel quod sal-
tem ejusmodi habeatur.

Nulla tibi vendo Iliade.) Id est pluris æstimo quam
insulsū illud Attī poema, Iliada, vel Neronis Troicō.

124. Audaci, quicunque afflate Cratino.) Quare
agite, si qui adhuc sunt quos hæc magis severa, & se-
ria delectent, qui Græcos Satyricos Eupolidē, Cra-
tinum, & Aristophanem cum voluptate legit: aspi-
cite

cite & hæc mea, si quid fortè reconditæ eruditio-
nis, & doctrinæ, quod juvet, & delectet, & hæc oc-
currat.

Quicunque adflato) hoc est quem cunque afflavit,
& mirè delectavit, vel cuiuscunq; afflatu, & insti-
tu quasi divino audax Cratinus mente imbuuit, &
concitavit.

Quicunque afflate.) utrobique vocandi casus no-
viter, & notandum.

Audax Cratinus,) quod maxima libertate carpse-
rit, & acerbitate mira prosciderit Atheniēsium vitia.

125. Iratum Eupoliden pregrandi cum sene palles.)
Hoc est qui assiduā, & indefatigabili lectione, &
perlustratione librorum Eupolidis illius irati, & se-
veri vitiorum reprehensoris, & prægrandis senis A-
ristophanis, pallorem vobis & maciem contraxistis.

Iratum Eupoliden,) nam fuit vehemens, austerus,
& severus in te infectandis vitiis, quippe iisdem ve-
hementer infensus. Perit pr. elio navalí inter La-
cedemonios, & Athenicnes, cuius morstantum
luctum urbi Athenarum attulit, ut publico edicto
cautum sit, ne Poetæ imposterum militare liceret.

Pragrandicum sene.) Intelligit Aristophanem qui
jam ætate grandior Satyras scripsit.

Palles.) i. qui pallorem studendi in Eupolidis li-
bris palles: vel pallorem studio & assiduitate legen-
di Eupolidis Comœdias contractum palles. Licen-
tius, & audacius dictum, ut & illud superius quicun-
que afflate. Sed Poëtis sua licentia.

126. Apice & hac.) Qui es afflatus, & imbutus
Cratini Comœdiis, qui ad pallorem usque operam

dedisti Eupolidi, & Aristophani, has quoque meas Satyras lege: Nam Satyra Latina veteri Comœdia responderet. Quod autem quidam à palles interpretantur, qui ex nimia stylī acerbitate, & verborum amaritudine quæ in illis est palles, hoc est horrorem, & metum concepisti, ineptius videtur. At priori explicationi illud ejusdem Persii suffragatur, *At te nocturnis juvat impallescere chartis.*

Si forte aliquid decoctius standis.) Si forte & hinc aliquid decoctius, limatus, politius, & quasi longo studio, & industria decoctum, & maturum, & minimè crudum deprehendas, quod cum solertia illâ Graecanica comparari posuit.

127. Inde vaporat à lector mihi ferreat aure.) Inde diligens lector mihi, id est in meam gratiam ferreat meorum studio Poematum, & quidem vaporatā, id est, adflatā, calefactaque aure, quod & audierit, & pervoluntarit Comicos veteres.

128. Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit.) Dixit haec tenus quosrequirat lectores, non literarum expertes, sed qui veteres Comicos legerit; Dicere jam pergit quos lectores respuat, & non desideret.

Non hic, moror scilicet, & requiro lectores,

Quin e. G. l. g.) Rudes, & indoctos Sanniones, & irrisores, qui nihil præter doctorum, & Philosophorum crepidas illudere, & deridere gestiunt, & desiderant. Per crepidarum irrisores illos notat, qui cum in vita & verbis nihil reprehēsione dignum invenant, in negligentiore externo cultu, & aliis omnibus modis ansam calumniandi querunt: Quales

& no-

& notat Horatius lib. I. Epist. I. *Si curtatus inaequali sonfore capillos, &c.*

129. Sordidus, impurus, mendax.) Tibullus, *Aut fallat blandâ sordida lingua fide.* i. infidelis & mendax.

Et lusco qui posuit dicere lusce.) Non qui corporis defectum, & vitie, & lusco n̄evos oculorum reprehendat, & objectet, hinc lector à me requiritur.

130. Se se aliquem credens.) Non turgidos illos, & inflatos, qui aliquid sublime, & magnificum de se sentiunt, se in honore, & precio habent.

Italo quod honore supinus Fregerit heminas Arreti adilis iniquas.) Eo quod publica officia, & munia ædilitatis fortasse obierint, supini, superbi, & inflati, mensuras Arreti iniquas, & injustas fregerint, & novas illorum loco constituerint, ipsi interim illis officiis indigni, scelerati, & omnibus animi vitiis inquinatisimi.

Italo honore,) Aedilitatis magistratu in urbe Romana.

Supinus.) Propriè qui dorso incumbit, faciem ventrèmque coelum verüs spectantem habens, hoc loco elatus, fastu plenus, turgidus, & superbus.

131. Fregerit heminas.) Aediles præter alia munia mensuris etiam præerant, & iniquas mensuras frangebant, & æquæ justæque mensuræ erant ædilitæ & ad ædilitias exactæ.

Heminas,) ex Græco ήμινον, quod est dimidia pars sextarii.

132. Nec qui abaco numeros, aut secto in pulvere metas Scit risisse vafer.) Nec illos moror, qui nihil præter Mathematicorum figuræ, & numeros in aba-

72 COMMENT. IN PERS.
co, vel tabellâ, & pulvisculis deliniatos vafri, & cal-
lidi ridere neverunt.

Metas,) id est, figuræ, quæ terminis, & metis cir-
cumscribuntur.

Scēto pulvere.) fortè quod pulvis ex Atomis, cor-
pusculis minutissimis, quæ secta ulterius secari, & di-
vidi nequeant: Vel quòd pulvis illis figuris, & nu-
meris sit sectus.

133. *Multum gaudere patatus. Si Cinico bar-
bam petulans Nonaria vellat.*) Qui denique ex nul-
la re uberiorem voluptatem capiant, quam si petu-
lans, & procax Diobolaris meretrix Philosopho, bar-
bam vellat, & populi ludibrio exponat.

Nonaria,) meretrix, quia apud veteres nonâ
horâ prostabant, ne manè omissâ exercitatione eō
irent adolescentes.

134. *His manè edictum, post prandia Callirhoeën-
do*,) Hos omnes rudes, indoctos, bonorum petu-
lantes, irrisores, ociosos, & impudentes scurras, su-
perbos, & præturgidos nebulones, hâc meorum scri-
ptorum lectione interdicō, & abigo, & aliò able-
go, nempe ut manè edicta prætoris audiant, & fini-
to prandio, ad impudicas, & honestis indignas vo-
luptates, & sua scorta se conferant.

Callirhoeë pro quovis scorto, aut meretrice.

SATYRA II.

Unc, Macrine diem numera meliore la-
pillo,*

Qui tibi labentes l adponit cädidus annos.

Fide merū Genio: nō tu prece poscis emaci-

Qua

² Matrine.

ⁿ apponat.



AVLI PERSI SATYRA II. 73

Quanisi seductis nequeas committere Divis.

5. At bona pars procerum tacitâ libabit acerrâ.

*Haud curvis propin est, murmurq, humilesq, sis-
Tolleris de templis, & aperio vivere voto.* (surros

Mēs bona, fuma, fides, hec clare, & ut andias hostes

* Illa si introrsā, & sub lingua immurmurat: ô si * Illa fed
introrsum.
murmurat.

10. *Ebullit patruipræclarum funiu!* & ô si * Ebullit.

Sub rastro crepet argenti mibi seria dextro* Ebulliat.

Hercule! pupillumve utinam quem proximus hares rostro.*

Impello, expungam! namque est scabiosus, & acri

Bile tumet: Nerio jana tertia || conditur uxor. || ducitur.

15. *Hac sancte ut poscas, Tiberino in* flumine mergis* gurgite.*

Mane caput bis I terve, & noctem flumine purgas. * terque.

Heus age, responde, minimum est, quod scire labore:

De Iove quid sentis? Eſtre, ut præponere cures

Hunc cuiquam? cuinam? vis Statio? an scilicet hares

20. *Quis potior, I vindex pueris ve quis aptior orbis?* || index.

Hoc igitur, quo tu Iovis aurem impellere tenas,* * ergo.

Dic agendum Statio: Pro Iuppiter ô bone, clamet

Iuppiter, ad sese non clamet Iuppiter ipse?

Ignovisse putas; quia cum tonat, ocyns ilex

25. *Sulphure discentitur sacro, quem tuq, domusq,* *

An quia non fibris ovium, Ergennaq, jubente

Triste jaces luvia, evitandumq, bidental.

Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam

Iuppiter? aut quidnam est, qua tu mercede Deorum

30. *Emeris auriculas, pulmone, aut lactibus undius?*

Ecce avia, aut metuens Divum matertera, cunis

Exemis puerum; frontemq, atq, uda labella

Infami digito, & lustralibus ante salivis

Expiat, urentes oculos inhibere perita.

Tunem manibus qualit, & spem macrā supplice voto 35.

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ades.

^{Topet.} Hunc l optent generum Rex, & Regina; postella
Hunc rapiant; quicquid calcaverit hic, rosa fuit.

^e Ast ego nutrici non mando vota: negato

Iappiter hac illi, quamvis te albata rogarit.

40.

Pocis operem nervis, corpusq; fideli senecte:

^{* pingues.} Esto, age: Sed * grandes patina, l tuccetāq; crassa
^{1 Tuccetāq;} Annueret his superos veteres, Iovēm q; morantur.

Rem struere ex opias cesso bove, Mercuriumq;

¹ Acceris. * Arcebis fibra: Da fortunare penates,

45.

Da pecus, & gregibus fatum. Quo pessime facto

* flammis. Tottibi cam in* flammā junū omnia liquefātē
liquefātē. * Et tamē. Attamen hic exitus, & opimo vincere farto

¹ Courte- l Intendit; Iam erescit ager, jam crescit ovile,
dit.

Iam dabitur, jam, jam, donec deceptus, & exp̄es,

50.

* Nequis. * Nequicquam fundo suspirat nummus in imo.
quam nū. Si tibi crateras argenti, incusq; pingui

* lato. Auro dona feram, sudos, & pectore l lavo

* Latenter. Excessit asperitas, latari prærepidum cor:
portre. l dum cor. l sc illud subye, auro sacras quod ovato

Latatur. Perducis facies: nam fratres inter abenos

* p̄organ. Somnia pituita que * purgatisma missunt,
tisima. Precipuis sunt, st̄q; illis aurea barba.

Aurum, vasa Numa, Saturniaq; impulitara,

Vestalesq; urnas, & Thussum sicutile murat.

55.

* terras. O curva in l terris anima, & caelestium inanes!

* hoc. Quid juvat* hosti templi nostros immisericremores?

* Ac bona. l Ei bona Dys ex hac scelerari ducere pulv̄at

Hac sibi corruptio castiam dissolvit olivo;

Hac Calabrum coxi: vitiato murice vellus;

60.

Hac

Hac baccam concha rasif̄e, & stringere vanas

Ferventis massa criudo de pulvere jussit.

Peccat & hac, peccat; uitio tamen misit.

At vos Dicite Pontifices, * in templo quid facit aurum?

^{in sancto.}

70. Nempe hoc, quod Veneri l donatum a virgine pupa,

^{in sacro.}

Quin damui id superis de magnā quod dare lance

Non posuit magni Messala lippa propago,

Compositum ius, fasq; * animos, sanctosq; recessus

^{animos.}

Mentis, & incoctum generofō peltus honesto.

^{Il Hac.}

75. * Hoc cedo, ut admoveam templis, & farre lisabo.

^{Hac cedo;}

^{admovat.}

COMMENTARIUS.

Ac Satyrā ad Macrinum secundā, quæ profecto longè, pulcherrima & præclarissima, Romanorum impia superstitionis, & stultavota precesq; notat, & reprehendit. Et primò quidem Macrinum laudat hominem optimum, & integerrimum, quod diem Natalem celebrans vino, & farre, non optimis, & sumptuosis hostiis Genio suo sacrificet, & à Diis petat honesta, utilia, & verè salutaria, atque adeò quæ rogare possit palam. Postea invehitur in populum Romanum, & imprimitis proceres, qui optimis vietiis cefis, & sumptuosis sacrī peractis (quasi Deos, tanquam homines malos, muneribus corrūpturi) tacitā, & submissā voce, ad Deos vota concipiāt, inhonesta, impia, & flagitiosa; adeò de Diis male sentientes, ut illa etiam ipsos rogent, quæ ne ab homine quidem pessimo, & sceleratissimo absq; rubore, & tutò aliquis petierit. Et quod tantum ab sit, ut illi à flagitiosa, & impia hâc consuetudine

desistant; ut etiam insuper consermentur; seq̄; Deo, quem opimis illis sacrificiis, & victimis corruerint, & placarint, gratos, & acceptos maximè existiment, cùm illos tam iniqua, impia, & noxia rogantes, non fulminet, & puniat. Porrò etiam anicularum superstitutionem tangit, quæ ex se natis, & nepotulis ridicula, inepta, iniqua, & noxia optent, & precentur, & loco votorum impias exsecrationes, ut Seneca ait, concipient. Postea taxat etiam, & deridet stultam illorum dementiam, qui quasi de mente, & sanitate rationis deturbati, contraria optent, & agant; qui cùm bonam valetudinem à Diis petant, eam luxu, & delitiis corrumpant; qui divitias, & pecudum preventum orent, & illas sumtuosis sacrificiis, & opimis Hecatombis atterant, & profundant, & sèpē se ad extremas incitas, & inopiam redigant; Denique qui aurum à Diis exoptent, & illud in inaurandis Deorum statuis, & utensilibus sacrificiorum ex auro dendis consumant: Ita inepta illorum, vana, & superstitiosa sacrificia reprehendens: Scilicet quòd omnium illorum nullus in templo sit usus, quòd Deus nullo illorum indigeat. nullo delectetur, & placetur. Sanè cui nihil ab impiis, ut ait Plautus, acceptum sit supplicii, qui non moretur, mala à malis male parta & donata: & apud quem facilius, qui bonus est inventat veniam sibi; Denique qui. ut ait Seneca, colatur non opimis taurorum corporibus cōtrucidatis, non auro & argente suspenso, non thesauro in stipem infuso, sed rectâ piâq; voluntate. atque adeò, Quòd optimus animus pulcherrimus Dei cultus. Ethac ferme illa, quæ Satyrâ hâc 2. tractat Persius.

1. *Hunc*1. *Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.)*

Scriptis Satyram hanc verè auream Poeta noster Persius ad Pletium Matrinum virum doctissimum, & integrinum, & sibi imprimis amicum, & familiarem, qui in domo Servilii didicerat; & à quo agellum Persius comparâsse dicitur, indulto sibi aliquantulum precio.

Hunc diem.) quo tu olim natus, qui tibi Natalis.

Numeris meliore lapillo.) Licet omnes ætatis tuæ diestibi felices & grati, tamen hic imprimis in magno precio tibi habendus, & ceteris auspicatior, & meliori calculo, & cädidiore lapillo tibi numerâdus.

2. *Qui tibi labentes adponit candidus annos.)* Rationem subnectit. Nam annum præteritum claudendo tibi reliquis superiorib. adjungit, vel alios annos inchoando, annis quos vixisti præteritis adponit.

Labentes.) Sic alii: *Tempora labantur.*

Item *citro pede labitur ætas.*

Candidus.) Felix, faustus, auspicatus. Tibul.lib. 1. El. 8.

At tu natalis multos venerande per annos

Candidior semper candidiorq; veni.

Ovid. Trist. 5. El. 6.

Optime natalis quamvis procul absimus opto

Candidus buc venias.

3. *Funde merum Genio.)* i. Genio tuo vino, & thure sacrificia, & eum tibi placa & propitium redde. Erat autem viris Deus natalis Genius, mulieribus Deanatalis Iuno. Illud testatur Tibul.lib. 4. El. 5.

At tu natalis quoniam Deus omnia sentis Annue.

Hoc testatur idem Eleg. sequenti.

Natalis Iuno sanctos cape thuris acervos.

Per hanc mulieres jurabant. Tibul.lib.2.Eleg.12.

Hec per sancta tua Iunonis numina juro.

Per illum viri. Idem : *Pérque tuos oculos, per genium querogo.* Porro ut ait Cenforinus, Genio vinum libabant, non hostiam cædebat; ne qua die vitam acceperint, aliis adimerent. Sed tamen illud, *funde merum*, hoc loco accipendum potius; non opus esse opimam hostiam cædere, cum vir bonus etiam vino, thure, farre ac fustili sit religiosus, Deoque gratius,

Genius.) brevis nostræ ætatis quam transfigimus memor custos præesse hominibus, eosc; tueri crederunt: inde Horatius,

Floribus & vino Genius memorem brevius avi.

4. *Non tu prece poscis emaci, Quanisi seductis nequeas committere Divis.*) i. tu nō petis, precaris, optas à Diis, vel etiā tanquā tibi debitū, ob opimas viictimas, talia quæ salvā fronte Diis nisi corruptis, malis, & depravatis committere nequeas, exigis, poscīs, efflagitas.

Prece emaci.) i. optimâ hostiâ, & sūptuoso sacro Deorum aures tibi non sunt emendæ ad vota audienda.

Qua nequeas committere.) id est Dcorum auribus insuffrare, credere, à Diis petere, & flagitare.

Nisi seductis Divis.) nisi jam antè malis seductis, vel quos sp̄ereste tuis muneribus, & viictimis corrupturum, & seducturum, ut tibi etiam in improbis & injustis quæ petis, gratificantur.

5. *At bona pars procerum tacitā libabit accerrā.*
Quo magis profectō te laudo, suspicio, & demiror,
— *non ut torrentibus undis Communis vitiis te quoquo labet trahi.* Nam profectō si reliquos Romanorum proceres consideres, deprehendas, illos non ita aperta

perta & candida ad Deum, ut tu, vota concipere, sed in lecretiorem aliquem locum secedere, nec aperte & palam sacrificare, & à Diis, omnibus reliquis arbitris remotis petere inhonesta, turpia, & sēpē noxia.

Libabit.) Sacrificabit, libationes instituet. Propriè significat leviter degusto, & quasi primis labris attingo.

Tacitā accerrā.) Acerra, vulgo thuribulum, arcuata, in quā thus ad sacrificia reponebatur.

6. *Hand cuivis promptum est, &c.*) Paucis omnino concessum est eo felicitatis & perfectionis pervenisse, ut nihil, ut ait Seneca, Deos rogēt, quod non rogare possint palam, & qui non murmure, & humili susurro Deos rogent, sed aperto voto, cujus omnes & singulos cupiant esse consciós, vivant.

Promptum est.) Non cuivis datum, & concessum, non omnes hoc possunt.

Murmurque, humilésque susurros.) i. tacitas precatio[n]es & vota, cum dementes, & impii ea à Diis pertinent, ut Seneca ait, quæ homines scire nolint.

7. *Tollere de templis, & aperto vivere voto.*) Ut aliquis omnibus cupiditatibus, ut Seneca in Epistolis ait, solitus eō p[ro]verberit, ut nihil Deum roget, nisi quod rogarē possit palam. Idem. *Sic vive cum hominibus tanquam Deus videat, sic loquere cum Deo tanquam homines audiant.* Quod profectō perfectæ felicitatis.

8. *Mens bona, fama, fides: hac clare, & ut audiatur hospes.*) sc. petuntur. Hæc aperte & ut omnes audiant petunt. Martialis,

Orandum est ut si mens sana in corpore sano.

9. *Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat.*) Sed quæ sequuntur tacitè, & submissè prouinciari,

non palam enunciat.

Sibi introrsum.) Quorum neminem velit esse consciūm, nisi se, & Deos.

*Sub lingua immurmurat.) Vt sub lingua manere, & non extrā prodire videatur. Antiqui eādem significatione murmuror dixerunt. Varro, Roma capi-
mus murmurari.*

10. *O si Ebullēt patrui preclarum funus.) i. utinam patrui funus eportetur, & efferratur. Ebullēt autem hoc loco absolute positum, quod ut aqua ebulliens extra lebetem redundant; & effunditur, sic domo foras effertur. Alii legunt ebullit, quod est ebulliat antiquo more. Cic. Si virtutes ebullient. i. si in eo-
rum oratione effervescent virtutes. Sunt autem vo-
ta cuiusdam hæredipetæ vulturis.*

11. *Et, o si Sub rastro crepet argenti mihi seria.) i.
utinam arans, vel fodiens thefaurum inveniam. Cre-
pet, i. crepitum, & sonum maximè exoptatum mihi
excitet. Seria, vas vinarium fistile, & oblongum in
quo olim thefaurus absconditus, & sub terrā defossus.*

*Dextra Hercule.) Omnia dextra, salutaria, lœva,
sinistra, & inauspicata. Sic Horatius, Dives amico
Hercule, Juvenalis, Dextra Iove. Papinius, Capore
dextra. Imitatus est autem hoc loco omnino Hora-
tium, sed locis diversis. Ille Epist. 16. lib. 1.*

*Quandocunque Deos vel porco vel bove placat
Iane pater clarè, clarè cùm dixit Apollo :
Labra movere metuens audiri: Pulcra Laver-
Et lib. 2. Sat. 6. (na, &c.)*

— O Si angulus ille,

Proximus accedat, qui nunc denormat agellum,

O Si

*O si urnam argenti fors quam in monstret ut illi
Thefauro invento, qui mercenarius agrum,
Illum ipsum mercatus, aravit, dives amica
Hercule.*

12. *Pupillūm veutinām, quem proximus hares impel-
lō, expungam.) i. utinam pupillus, cui hæres pro-
ximus sum constitutus, in secundâ cerâ, moriatur, &
expunctus locū proximō mihi succedenti concedat:*

*Quam impello.) Mirâ & maximè appositâ Meta-
phorâ dixit. Impellimus enim illa quæ obstant ut
removeamus.*

13. *Expungam.) i. deleam. Eadem Metaphora
à militibus ducta; qui expuncti dicuntur, cùm no-
mina eorum albo eradicuntur: vel à bello, in quo ca-
dente, & expuncto aliquo, qui primus est, & pro-
ximè sequitur ipsius locum supplet, & ei succen-
tratur.*

*Namque est scabiosus & acris Bile tumet.) Diu mi-
hi obstitit, & jam duudum ipsum moriturum speravi,
præsertim cùm sit valetudinarius, & morbidus ut
scabie obsitus, & bile suffusus, & tumidus.*

14. *Nerio jam tertia conditur uxor.) Nerius adeò
felix, & beatus est, ut tertiam jam uxorem ad sepul-
crum efficerat, & retentis eātum dotibus dives, & o-
pulens evaserit. Eandem mihi fortunam largire. Alii
legunt, ducitur. intellectu quidem perspicuo, & pse-
nè eodem: Sed illud prius concinnius. Nerius autem
morte conjugum locupletatus fecundator est factus
notissimus: de quo Horatius; Scribe decem Nerie. Dos-
enim à civi Romano data non patrio dicta nomine
si repudium non intervenerit, post mortem uxoris*

ad maritum pertinet.

15. Hac sancte ut poscas Tyberino in flumine mergus Mane caput bis terva & noctem flumine purgas.) Et quidem ut haec tam pias & bellas preces recte instituas, ritè & curiosè omnes Ceremonias observas, & manè te vivo flumine Tyberis bis terva abluis, & sordes ex nocturna venere contractas, purgas. Observa hoc loco ritus illos quibus usitatum ut Deos accessuri manè purè lavarent, idque vivo flumine, id est fluente & naturali. Et hoc amplius considera, quod à sacris arcebant, hesternâ Venere inquinatos. Tibullus lib.2. El. 1. *Discendite ab aris*

Quae in isti hesterna gaudia nocte Venus.

Inde apud Plautum in Rudente Act. 3. Sc. 3. Mulieres petunt, ut sibi pace Veneris in ejus templo esse liceat, dicuntque se elautas opera Neptuni. i. viva fontis, aut fluminis aqua. Nam ad sacra, Venere pollutos, nisi prius loto corpore accedete, nefas. Ad quod hoc loco respexit Persius.

Mergis.) i. abluis.

16. Et noctem flumine purgas.) i. nocturnum conubitum. Citat hunc locum D. Hieronymus in Apolog. adversus Iovianum : *Sed eorum conscientiam convenio, qui eadem die post coustum communicant, & iuxta Persium noctem flumine purgant.* Cicab. 2. leg. Castilex: *ubet adire ad Deos, animo videficit in quo sint omnia, nec tollit castimoniam corporis.* Sed hoc oportet intelligi, cum animus multum corpori praestet obserueturque ut casto corpore adieatur, multo esse id in animo præstandum magis : Nam illi'd vel aspergione aquæ, vel dierum numero tollitur anima-

mila

I N P E R S . S A T . I I . 83
mi labes nec diuturnitate evanescere, nec maribus ullis elui potest.

17. Hensage, responde.) Vehementior competatio Poetæ; plena indignationis.

Hensage) pessime & improbisime precursor, hoc mihi responde.

Minimum est quod scire labore.) Non diu te interrogando deitnebo, parum est quod à te scire excepto, & desidero. Fortè nimium legendum. i. nimis hoc à te scire cupio, & vehementi cupidine scienti di hoc, teneor.

18. De Iove quid sentis?) Quid de Deo tibi persuades? Putásne illum tibi, & aliis hominibus flagitiis similem esse, qui ejusmodi improbis votis non excandescat, qui ut homo malus muneribus corrumpatur, adeoque à quo ista tam impia, & iniqua petere non erubescas.

Est ne, ut proponere cures Hunc cuiquam?) Est ne tuā etiam opinione, vel tantillus Iupiter fide, & virtute, ut cum aliis ciupiam vel Deorum, vel saltem hominum aufis anteponere?

Cuinam?) Et si vel tantulum in eo virtutis, & fidei tibi persuasum habes, cuinam ipsum antepones?

Vis Staio?) Saltem ipsum Staio illi Oppianico anteponas. De hoc Staio Oppianico varie varii scribunt: Quidam, cum esset tutor pupillarius damnatum esse innocenter in Iuniano judicio, à Guttâ, & Albo & ceteris præpositis judicibus corruptis. Alii dicunt fuisse hominem perditum & sceleratum cuius tahta fuerit in cognatos crudelitas, ut Clientiam uxorem, & C. Oppianicum fratrem, cum uxore

gravida veneno sustulerit.

20. *An scilicet, hæres quis potior jndex.*) Intellige de Iove. Hoc ut verum fatear, *hæres*, mihi suspicetum. Nisi forte in vocandi casu accipias, & ita interpretare: O quicunque es hæres, & pupillus, parentibus orbatus, Estne quis potior Iove, alius, qui cum majori fide, & integritate pupillis suis tutor præfuit, ut nulla caussa sit quin ipsum Staio, vel ut quidam volunt bono tutori, vel ut alii homini flagitioussimo anteponas. Vel etiam de Staio Oppianico, quâ à quibusdam suis pupillis cum fide & integritate præfuisse dicitur, qua quidem nemo fuerit orbis pueris potior, & aptior: At cui tamen Iovem longè anteponas. Sed hoc posterius minus placet. Sic autem alii legunt, An scilicet hæres quis potior? vindex puerisve quis aptior orbis? Illud *potior* ad *hæres* referentes. Sed quo pauci Oppianicus qui tutor vel Iuppiter, *hæres* posuit appellari, non despicio. Sin autem illud *hæres* in vocandi casu consideres, & ita distinguas: An scilicet, hæres, quis potior vindex, puerisve quis aptior orbis? non inepta fuerit illa lectio. Sed quisquis meliorem h̄ic lectionem indagaverit, is melior vates esto. Considera autem hoc loco tutorum munus, & quæ illis sit occasio ex rebus alienis res suas augendi: A quo quidem criminé Deus, & vir bonus alienissimus.

21. *Hoc igitur, quo in Iovis arrem impellere tentas, Dic agendum Staio.*) Age igitur prelator Deorum iniquissime, pete hæc, quæ à Deo petere non erubisti, à Staio homine vel fido, vel (quod & verisimilius) secundum alios, sceleratissima.

Impel-

Impellere,) i. inducere, vel persuadere; vel potius urgere, curvare, labefactare.

22. *Dic Staio.*) Committe hoc auribus Staio, vel pete à Staio.

Pro Iuppiter, è bono, clamet, Iuppiter.) Quid faciet Staio ubi iniqua illa tua efflagitata audierit? inclamabist Iovem plenus indignationis, ire, & furoris, & conque. Iestur frontem perisse rebus, & tantam in te esse impudentiam, ut maximè iniqua & flagitiosa ab ipso petere non erubescas.

23. *Ad seje non clamet Iuppiter ipse?*) At si homo probus qui longè Deo inferior fide, justitia, virtute, vel etiam homo pessimus & flagitosus, adeò impatiens est & iniquæ postulationis, ut præ irâ & indignatione Deos inclamet, ut te iniquum adeò puniant; Quanto magis sanctissimus ille, & justissimus Iuppiter se inclamabit, & ob preces tuas tam impias, & iniquas summâ irâ, & indignatione cōmovebitur?

24. *Igneovisse putas, &c.*) At putas Deum tuis istis sumtuosis, & opimis sacrificiis placant, & quasi corruptum tibi ignoscere, idèò quod videas te manifesto aliquo ab ipso supplicio, non ob haec tua flagitiosa vota puniri. Ignovisse putas tibi scilicet Iovem.

Quia cum tonat, ocyus illex Sulphure discutitor sacro, quem tuq; domusq;?) Ratio, quia cum tonat Iuppiter vel fulminat, ocyus vel citius sacro suo igne discutit, & concutit ilicem, vel arborem gladiferam, quam te, & tuam domum. Respondet autem tacita objectioni. Si Deus adeò ob haec vota indignantur, cur non fulmine percutit tales peccantes, quod cum non videamus, ignovit Deus illis.

25. *Sulphare sacro.*) i. fulmine, vel igni eteleti, te percussit & afflaverit.

Ilex.) Arbor glandifera, cuiusmodi plerumq; fulmen infestare solet, quippe altiores, majores, & robustiores.

26. *In qua non fibris ovium.*) An verò propterea securus, & pertinax in flagitiosa hac tua consuetudine peritas & confirmaris, & Iovem tibi eludendum, & deridendum propinas, Quòd nondum in bidentali pro fulminato jacens, casis ovium victimis, a procuratore expiatus fueris.

Bidental.) *Grecis imbuta*, Erat locus fulmine percussus sacro. ita dictus quòd bimis pecudibus, vel bidentibus, i. ovibus expiaretur. In usu autem fuit, ut aruspices vel augures adducti ex Hetruriā, vel ulii, Pontifices certis temporibus reliquias fulmini procurarent, & cum sacrificiis conderent, & sepelirent. Hoc loco ponitur pro homine fulmine percusso. *Triste* appellatur, quia tristes homines reddunt.

Fibris ovium.) i. extis, & intestinis ovium quibus condicris velexpiariis.

Ergennaque jubente.) Pontifice, vel augure ex Hetruria, & fulminum procuratore.

27. *Lucis.*) In lucos parum castos fulmina mittentes cenobiebatur Iuppiter. Hor.lib. i.Ode. 12. *Tu parum castis inimicarmissis fulmina lucis.*

Evitandum.) Nam talem locum tangere nefas quem & procuratores cludebant.

28. *Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam Iuppiter.*) An ideo quia ita nondum punitus es, impunè te semper Iovē irrigurū & ludificaturū existimas?

Stolidam barbam.) Nam ejusmodi homines Deos, aut malos, & sibi similes, vel faltem stultos, & stolidos existimant. Vide Platonis Alcibiadem 2. Vnde totum Satyræ argumentum desumptum.

Vellere barbam.) Hoc proverbio summum contentum, & ludibrium significamus. Horat.lib. i.Sermonum, *Barbam tibi vellunt Lascivi pueri.* Et in Satyrâ primâ dixit Persius, *Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.*

29. *Aut quidnam est.*) Aut denique quibus unquam rationibus Deos ita tibi obnoxios, & faciles reddidisti, ut impunè ejusmodi tibi licere, & illos tibi nihil denegare posse existimes?

Quà tu mercede Deorum Emeris auriculas?) Ut quasi ob mercedem debitas tibi aures porrigitur co-gantur. *Emeris*, quasi mercede conduxeris.

30. *Pulmone, & lactibus nostris.*) An opimis pe-cudum vii'ceribus, & pinguibus hostiis illa privilegia apud Deos obtinuisti? Quasi dicat: Frustrâ illa tibi persuades, tua Nemesis à Deo immissa tibi in tergo haeret, non opimis illis tuis sacrificiis capitur, sed rectâ piâq; mente. & ut Plautus in Prologo Rudensis dicit;

*Et quod scelasti illi in animum inducunt suum,
Iovem se placare posse omnibus hostiis,
Et operam & sumrum perdant. Id eo fit, quia
Nihil ei acceptum est à perjuris suppliciis
Facilius si quis pius est, a Diis supplicans,
Quiam quis scelus est, inveniet veniam sibi.*

31. *Ecce avia, aut metuens Divum maturterea, cu-*
mis Exemit puerum.) Hucusque iniqua illa, & impia

vota Romanorum procerū exagitavit: Déridet jam superstitiones, & ridiculas preces muliercularū, quibus à le progenitis inepta, impia, & pernicioſa exceptant, & precantur.

Meruens Divum materterea: Religiosa, & superstitiosa. Omnis autem superstitione Deum metuit,

Mater altera.) μητραδιλοφή, matris foror, quasi
mater altera.

32. *Frontimque, atque uela labella, &c.)* Exprimit ridiculos illos, & superstitiones ritus, quibus vultu illæ veneficæ utebantur in precibus suis & illustrationibus super nepotes, vel natos: Nempe licet varii coloris cervicem illorum ungebant postea turbatum sputo pulverem medio dígito tollebant, & eorum frontem, & labella signabant. Et ita pānē pueros suos fascinare, & incantare videbantur.

Vasa) quasi uvida, i. humida.

3. Infamis digito,) id est medio. Qui cur infamis vocetur, non ignotum, sed hic non referendum.

Infralibus salvis.) Quod illis puerum lusret,
& expiet: ut ita beneficia & fascina prohibeat, vene-
ficarum, & magarum, quod certè nemo potest nisi
venefica.

34. *Urentes oculos inhibere perita.*) Græcis mus Per-
sio usitat. simus. Docta, & perita inhibere, id est im-
pedire, avertere, urentes oculos, id est noxios, pesti-
feros, virulentos, illorum qui ipsum læsuri, intuitus.
Nam creditur, & usu comprobatum est beneficas il-
las etiam suis oculis alios inficere, & quasi veneno
kedere.

35. *Tunc mambus quatit.*) Ulterius stultissimas il-
las,

las, & ridiculas apicularum superstitiones persequitur. *Quatuor.* i. puerum manibus variè agitat, & tractat, vel absolute quod more religiosorum complosis manibus, illas preces, quæ sequuntur, ore concipiatur.

Et spem macrā supplice voto mittit.) i.spem tenuem, gracilem, exilem, & fallacem, supplicibus precibus, mittit in agros, & domos Licinii Stolonis hominis epulentis, & Marci Craſi, hominis ditiſimi: i. nihil aliud hisce suis votis, & precibus sperant, quām puerillos olim fore maximē divites, & fortunatas.

38. *Nunc Licini in campos, nunc Crassi mutit in rixas*.
ades) Licinius tonsor & libertus Augusti Cæsaris Ambulator
homo ditissimus ; De quo venustum Epigramma
Varronis ,

*Marmoreo Licinus tumulo jacet: at Cato parvo,
Pompeius nullo: quis putet esse Deos?*

37. Hunc opient generum Rex, et regina.) Verbo rati, glori

precantis vetula, ridicula & stulta. Adeò speciosus, ~~amor~~, ^{lucis}
jucundus & elegans hic meus puer evadat, ut reges ~~desideria~~, ^{ambitionis}
& principes ejus affinitatē ambiant, puella eum ra- ~~trahendo~~, ^{trahit}
piant, & de illo litigent, & contendant, Adeóq; ita ~~et~~ ^{ut} ~~habet~~, ^{pro}
eum omnes Veneres, desideria, & Charites comi- ~~magis~~, ⁱⁿ
tentur ut quoquo locorum pedes fixerit, continuo ~~fit~~, ^{mung}
rosæ, & violæ enascantur. At qualia hæc vota sint, ~~desideria~~, ^{quæ}
quam sepe pestifera, pernicioſa, & noxia, Iuvenalisti, ^{qui} ~~ingr~~
indicit Satyra 10.

*Evertere domos toras optantibus ipsis
Dij faciles nocitura rogâ, nocitura petuntur etiam ad
Militia.*

Et divinus ille Seneca in Epistolis, *Desine optare virum*, *vix illus.*
Chronicon paschalium et heraldicum primus ex
of the consule assignat i. sextus latevius. Eli
enius antiphonaria qui tunali elevit sovra-

*quod tibi opavuit nutrix, aut Pedagogus, aut mater
monum intellegis quantum mali optayerint. O quam
inimica nobis sunt vota nostrorum; eo quidem inimicio-
ra quo cessere felicis. Iam non admiror, si omnianos
à primâ pueritâ mala sequuntur: Inter execrationes
parentum excrêvimus.* Alibi, quæ petenda sint
Dii idem docet: *Votorum tuorum veterum liceat Diis
gratiam facias, alia de integrâ suscipe. Roga bonam
mentem, bonam valetudinem animi, deinde tunc cor-
poris. Quid n̄ tu ista vota sèpè facias: Andatter Deum
roga, n̄ illum de alieno rogaturus.*

39. *Ast ego nutrici non mando vota.*) Depreca-
tio Poetæ. Ego sanè tales precationes, & vota pro
pueris, cùm sint vana, stulta, perniciosa, superstitio-
sa illis, & deliris vetulis non mandavero: Neq; etiâ
tuluppiter optimè maxime aurem ejusmodi vocibus
præbueris, nec unquam talia ipsis gratificatus fucris,
quamvis maximè religiosæ, & sollicitæ more sacrifici-
antium candidis vestibus opem tuam pro illis im-
ploraverint.

Non mando.) Vtus est verbo Aruspico cùm
eis dicitur: Mando tibi ut maximum Iovem audias.
Vt sicut procurationis assertio sit, ita etiam fiat in sa-
cris, & precibus.

40. *Albata.*) Moris enim erat ut sacrificarent
candidis vestibus. Horatius, Sat. 2. lib. 2. de Ofello.

Aliosque dierum

Festos albarus celebret.

41. *Poscis opem nervis.*) Reprehendit hucusq;
illos qui à Diis illicita, stulta, & noxia petunt: Iam
reprehendit eos, qui bona quidem, & licita petant:
sed

I N P E R S . S A T . I I . 91
sed Deos largituros suis contrariis factis impediant.
Deridet autem primum quasi parum sanos, qui pe-
tentes corporis robur, & valetudinem, nihil aliud a-
gant, quam ut illam luxu, & delitiis attenuent, & cor-
rumpant; Et hac ratione Diis bona largituris, suis
contrariis factis impedimento sint.

Poscis opem nervis, &c.) Petis robur, & firmas
vires corporis.

Corposque fidele senecta.) Corpus validum, & firmæ
valetudinis, etiam in senectute. i. vitam longævam,
& nulli adversæ valetudini obnoxiam.

42. *Esto, age.*) Bona tu quidem jam petis', bo-
nām valetudinem à Deo petendam, & sperandam,
quæ ipsa ipse non improbo.

*Sed grandes patina, tucetaque crassa, Annueris his
superos venuere Iovemque morantur.*) Sed ut maxi-
mè velint tibi hęc bona Diiboni largiri, tuásq; preces
exaudire, quomodo possunt? cùm tu bonam valetu-
dinem quam oras gulā, & crapulā corrumpas.

Sed grandes patina,) quibus tu corpus oneras, &
vires, & valetudinem nō reficis sed opprimis, & cor-
rumpis. Nam magnifici cives grandes habebant pa-
tinæ, sed minores, & olerum, & heluellarum cæna
erat pauperibus. Vnde sèpè videas (ut est apud Dio-
genem Cynicum, πλευρὸς ιστινοβλα δ' ἔδειν, πλυ-
νίου δὲ νοῦσλα δὲ ἀναγλια τῆς δυσυχοῦς γυρεός. Pauperes
vegetos, & valentes ob inopiam, divites verò morbis la-
borantes, ob incontinentiam infelicis ventris.

Tuccetaque crassa.) Tuceta, ut notat Fulgentius,
sunt escæ regia. Callimachus Pisæis, Ambrosiore-
dolent tuceta sapore. Erant autem tuceta apud Gal-

los Cisalpinos bubula, condimētis quibusdam crassis obfita, & macerata, &c. & ideò toto anno durabant, Hinc Plotius Virgilii & Horatii amicus in eadem regione appellatus est Tuceta.

43. *Annuere his superos votum Iovemque moratur.* Id est deliciae & luxus habentes etiam Deos, & tua vota audituros, impediunt, his, quæ petiisti, successum dare, & Iovem prohibent. Quæ autem, & quanta mala, ex illo malorum, & morborum fonte, & somite luxu, & crapula orientur, pulcrè depinxit Seneca in epistolis.

Inde pallor, & nervorum vino madentium tremor, & miserabilior ex crudelitatibus quam ex fame macies; *inde incerti labentium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio;* inde in totam cūtem humor admissus, distentusq; venter, dum male assūscit plus capere, quam poterat: *Inde suffuso lurida bilis, & decolor vultus rabesque in se paträsentium, & retorti digiti articulissobrigescientibus, nervorumque sine sensu jacendum torpor, aut palpitatio corporum sine intermissione vibrantium.* Quid capit, verrigines dicam? quid oculorum auriumq; tormenta, & cerebri & tuanis verminations, & omnia per qua exoneramis internis ulceribus adfecta. Innumerabilia proterea febrium genera. Et post, *Multos morbos mulea fecerant.* Vide quantum rerum per unam gulam transiturum permisceat Luxuria terrarum marisq; vastatrix. Necesse est itaque inter se tam diversa dispendiant, & haupta male digerantur aliis alio tendentibus. Nec mirum quod inconstans variusq; ex discordi cibo morbus est. Inde tam nullo agrotamus genere, quam vivimus. Maximus ille mediorum

corum fœminis, nec capillos defluere, dixit, nec pedes laborare. Sed jam multa fœmina podagrīa, calvag. Beneficium sexus suis vitiis perdiderunt. Et quia fœminam exherunt, dominata sunt morbis virilibus, &c.

44. *Rem struere exceptas casō bōve.*) Reprehensio quarta illorum qui opes, & facultates à Dīs pecudumque proventum, & incolumentem petebant, interim opes, & pecudes opimis, & sumtuosis sacrificiis, & hecatombis insumerent, & perfunderent.

Rem struere.) i. res tuas augere, & amplificare sacrificiis.

Mercuriūmque arcēsis fibrā.) id est, vocas, accēsis, invocas fibris ovium & victimarum. Mercurium autem rebus amplificandis, & augendis, atque adeò lucro præfuisse, Plautus in Amphitruonis Prólogo satis indicat.

45. *Da fortunare Penates.*) Verba præcantium. i. Concede, & largire, ut Penates, vel Dii domestici, res, fortunas, facultates, & pecudes fortunent, secundent, proferent.

46. *Da pecus, & gregibus fatum.*) i. Da pecus numerosum, & copiosum, & fæcundum.

Quo, pessime, pacto?) Sed ò flagitiose, & pessime, quaratione, vel modo hoc potest fieri, ut numerus pecudum & opum tibi crescat, & augeatur, cùm tu indies illum imminuere, & atterere, tuis immodiis sacrificiis studeas.

47. *Tot tibi cūm inflamma janicum omenta liquefcant.*) Veterum ea in sacrificiis consuetudo erat, ut quas hostiæ partes adolerent, eas omento, & adipe operirent, ut facilius adceret, pinguisudine eignem &

lente. Ideo Hom. II. 1. καὶ ἀντίον διέλευσαν, id est, ad ipsos operuerunt & obduxerunt. Sic Catullus Epius in Gell. *Omentū inflāma pinguisque factiōnēs.* Est autem omentum membrana illatenuis, & pinguis qua integuntur ventris interioris partes. Iunix idem est quod juvenca tenerę etatis boves sc̄eminæ, quæ jam cessarant esse vituli, nec tamen adjustam magnitudinem pervenerant.

48. Attamen hic exitis, & opimō vincere farto Intentis.) i. Et tamen hi, cum sciant Deos non ejusmodi sacrificiis delectari, cum videant coram numerum pecudum iis non augmentum capere, sed decrescere, adeò tamen stupidā pertinaciā sunt imbuti, ut ab ejusmodi sacrificiis non desistant, & vanā spe & inani exspectatione se lactant, fore olim ut agri, ovilia, opes, & pecudes augeantur.

Exitis.) victimarum, junicum, ovium.

Ei opimō vincere farto.) Cato de re Rusticā hujus fasti meminit: *Pateres, inquit, strāem farris, tritici, hordei, faba, seminis rapacij, thure, & vino additis, ante messem parabant, in porca præcidanea immolacionem, Ianoque, Iovi, & Iunoni sacrificabant;* quæ diversarum rerum congeries fartum appellabatur.

Vincere,) ad finem perducere, continuare, vel illas difficultates superare. Nisi forte alios vincere, & optimis victimis, & sumtuosis sacrificiis superare. Nam ejusmodi etiam contentiones in sacris fuisse, nemo ignorat.

Intendit,) perstat, & perseverat.

49. *Iam crescit ager.*) verba insipientis illius sacrificantis vanā spe ei plūm consolantis, & rerum suarum

I N P E R S . S A T . I L 95
proventum frustrā exspectantis.

50. *Donec deceptus & exp̄ses.* Nequicquam fundo suspiret numus in imo.) Donec tandem opibus, & pecudibus exhaustus, vanā spe frustratum, & deceptum cum desperatione serō te intelligas.

Deceptus.) illa vana spe, & exspectatione.
Exp̄ses.) Sine spe, desperans jam de incolumentate, & proventu rerum tuarum.

51. *Nequicquam fundo.*) Frustrā, & serō in fundo, cūm nihil, vel parum tibi supereft, parsimoniam instituere cogaris. Alludit ad illud Hesiodi δέλλη δέ τις πυθόμενος. Horat. *Quod si communias vitem redigatur ad afferē.*

Suspiret.) elegantissimā Metaphorā usus, quasi numus in fundo arcæ exhaustæ, folus relictus suspiriet, & quasi ingemiscat timore, ne & ipse insuffatur.

52. *Si tibi crateras argenti.*) Reprehendit illos, quia aurum à Diis petunt, & aurum in inaurandis Deorum statuis profundunt. Probat autem homines stultos, & dementatos, in superstitionem illam profusionem eō incidisse, quod Deos sibi similes existiment; & quia homines auro, argento, & confimilibus mirum in modum delectantur: Ita Deos confimilitē paullò puriori illo luto delectari: Qui tamen potius, ut Poeta ait, habitare animos, & peccatora gaudet.

Si tibi crateras argenti, incusāq; pingui Auro dona feram.) i. Si tibi pateras argenteas, & donaria ex largo & crasso auro cusa, & fabricata, id est vasa aurea solidæ materiæ, non gracilis bracteæ, offeram.

53. *Sudet, & pectora late exticias guttas.*) Prae nis-
mio gaudio & latitiae pectoris, sudorem & lacrimas
exprimis, & emitis.

54. *Lataxi preterpidum cor.*) Adeo ad lataandum
pectore præ latitia trementi properas, & festinas. Est
autem Græcis inus, & significat: ad lataandum pre-
terpidum cor.

55. *Hinc illud subiit.*) Hinc. quod tu, & omnes
mortales adeo auro delectantur; illud ortu est, quod
etiam Deorum statuas auro inducas, quasi illi, eq-
deinde quo tu modo, affectibus humanis perculsi, au-
to capiantur & gaudent: Sed rectè tales aliquis il-
lo Mercurii ad Sofiam, ut est in Amphitruone Plau-
ti compellaret: *Ain' vera verbero, Deo se fui simi-
les putas?*

Auro satras quod ovato Inducis faties.) Quod sa-
cras Deorum imagines inducis, & vel totas effingis
auro ovato, id est, prædato auro ex manubiis, & spo-
liis hostium. Ovare enim significat minorem trium-
phum peragere ubi milites manubii hostium, spo-
liisque superbi, incedebant. Inde ovatum aurum,
quod ex illis spoliis, quibus olim triumpharunt, col-
lectum.

56. *Nam fratres inter aenos, &c.*) i. Nam si quis
Deorum illorum, quorum similes & geminae velut
fratrum sunt statuae ahenae in templis, somnium tibi
verum immiserit, omni carens pituita (qua cum ca-
put oppletum est, ut in gravedine, fallacia, & inania
obversantur visa) præceptius tibi erit, eiisque à te in-
aurabitur barba. Quasi Deus auro delectaretur. Tra-
dit autem Acron, quod in porticu Apollinis Palati-
ni fue-

ni fuerunt Danaidum effigies, & contra eas sub dio
totitem equestris filiorum Aegypti. Ex iis autem
statuis quædam dicebantur postulantibus per som-
num dare oracula.

57. *Somnia pituita.*) inter scandendum illud
pituita exprime tribus syllabis. Ut illa apud Virgiliū:
Labat ariste crebro. Item, *Genia labant.* Et *Herent pa-*
riescibus.

Purgatissima somnia pituita.) Vitiosis humoribus
jam discussis, sincera, & purgata crassâ illâ pituitâ.

58. *Principi sunt, sitq; illis aurea barba.*) Tur-
nebus ait se suspicari, quod illis significetur summo-
rum Deorum, ut Iovis, & Neptuni insignia, & orna-
menta, ut pari honore, qui vera miserint somnia He-
roes, & semidei afficiantur, ac supremus Iuppiter.
Suetonius id videtur significare, sic scribens in Cali-
gula cap. 52. *Plerunque vero aurea barba, fulmea te-
nens, aut fuscinam, aut caduceum Deorum insignia.*

59. *Aurum vasa Nume Saturniaque impuls era.*)
Inde factum, ut aurum expulerit vasa Deorum que
Saturno, & Numa regnantibus ad cultum Deorum
usurpabantur, nam ærea vasa & fictiles urnæ quibus
Vestales utebantur, & prisci illi Thusci, mutata sunt
hac superstitione profusione aureis.

61. *O curve in terris anima, & celestium inanes!*)
versus pulcherrimus. O stulti, impii, & pessimè de-
Diis sentientes homines; qui omnino in terram, &
terrena proni, nihil præter terrena meditantur, nihil
caeleste, & Deo dignum animo concipere possunt.
Quasi vero Deus, ut mortales auro, & muneribus ca-
piatur, & corruptur, & non potius integritate vita

purâ mente, & volûtate rectâ gaudeat, & delectetur.

Curva in terris.) quasi qui hominem exuerint, & flagitosè degenerantes, obbrutuerint, qui terrena tantum meditentur, & current, cùm tamē ore, ut Poëta ait sublimi, à Deo conditi sint, ut oculis corporeis cœlum intueantur, multò magis animo.

Calestium minaneis.) i. vacuos. qui nihil cælesti, & Deum verumque ejus cultum, & cognitionem spirent, contineant.

62. *Quid juvat hos templis nostros immittere mores?*) Quid juvat, vel prodest, Deos ex tuo ingenio, & moribus spectare, vel aestimare, & cùm tu auri sacrâ fame ad nihil non cogaris, idem tibi de Diis persuadere, adeoque templis ad Deos, nostros affectus, & pravos mores immittere, cùm inde potius illos debebamus efferre?

63. *Et bona Dijs, ex hac scelerata ducere pulpâ.*) Et quid prodest credere, vel putare Diis bona, hoc est à labe & maculis aliena, grata, & jucunda ex hac carne tam scelerata, nullis non vitiis, & sceleribus contaminatâ posse exhiberi. Versus sâne præclarî, & quod mireris Ethnici. Iamblichus alicubi. Cura rerû caducarum, quæ oblivionem Dei inducunt, non potest caducam hanc vitam non perpetuò comitari. Nunquam enim liceat nobis per hoc corpus liberè & rectè philosophari. Et Seneca de carne, *Hac velat te celo interesse, & juber vivere capite dimissu.* Est auté propriè pulpâ, pars carnosa in corpore animalis, quam & muscularum appellamus, hoc loco pro corpore, & carne accipitur, nullis non vitiis obnoxia.

Hac

64. *Hec fibic corruptio casiam dissolvis olivo.*) Recenset iam quibus indies caro se maculet, & contaminet. Hæc ad sucum, unguétum, & preciosum odorem casiam dissolvere docuit olivo, ut nempe cuticula splendidius niteat, jucunditas oleat. *Corrupe olivo,*) quia Casia corrupitur, & ex oleo fit fucus! Virg. 2. Georg.

Nec casia liquidi corruptitur usus olivi.

65. *Hæc calabrum coxit vitiato murice vellus?*) Hæc caro, ut è ornatiō preciosis vestibus appareat, & conspicatur, vellera, vel lanas Calabras, ex Calabriâ, vel Messapiâ, Peucetiâ, vel Salentinâ adductas, murice vitiato, vel purpurâ tingere, & coquere docuit.

67. *Hec baccam conchæ rassife & stringere venas Ferventis mæsa crudo de pulvere jussit.*) Hæc ut eductior sit, & pulchrior, imperavit, ut concharū in quibus margaritæ nascuntur, baccæ, vel gemmæ, & uniones preciosissimi abradantur, & vestibus & auro in ornatum inferantur: Hæc jussit, & mandavit stringere, i. decerpere, & colligere, vel potius abradere, eruere & attenuare, venas auri ferventis, & igne cocti & in massas redacti, ex crudâ, rudi & informi terrâ, & pulvere. Et quid non imperat caro, quibus hominem non inquietat, quod mortales non adigit: certè rectissimè dixit Seneca, *Multis servit, qui corpori servit.*

Stringere vénas.) Inde stricturæ vocatæ sunt mæsa, & laminæ ferti. Virg. 8. Aen.

Stricturachalybum & fornacibus ignis anhelat.

68. *Peccat & hac, peccat.*) Caro scilicet, nulli non mortalium omnis peccati, omnis miseria auctor.

Vitio tamē existit.) Et quid deplorandum.

adèò pertinax in suis vitiis, ut meliora mōnenti non obtemperet, sed assiduè suis vitiis utatur.

79. *At vos Dicte pontifices, in sacro quid facit aurum.*) At vos, ô qui præfecti estis sacrificiis, Pontifices, agite, quid in templo, vel archivis aurum sibi vult: Cùm ex auro, gemmis, muneribus, preciosis vestibus, qualia tantis impensis templis infertis, nulla ad Deos voluptas, nulla ad vos utilitas redeat?

70. *Nempe hoc quod Veneri donata à virgine pupa.*) Deridet superstitiones, & insanias illas ineptias. Nempe tantum demaurum in templis Diis, vel illis statuis prodest, quantum Veneri laneæ, vel cereæ pupæ, & imagunculae puellares, à virgine nuptura consecratae. Sanè utrumque ridiculum. Moris autem erat, ut virginis nupturæ virginitatis suæ dona Veneri consecrarent. Quod & testatur Varro.

71. *Quin damus id superis.*) Quare, cùm illa omnia, opima, & sumtuosa sacrificia, aurum, argentum, gemmæ, præclaræ vestes. Dii non curent, & quæcunque divites illi, & prodigi Deum cultores, donat, & offerunt, Dii non morentur, & curent: Demus, & offeramus illa Diis, quæcunque nemo ignavus, degener, & malus, quantumvis divés, & opulens Diis tñquam consecraverit, Nempe sinceritatem animi, & vitæ integritatem.

De magna quod dare lance Non posse.) Quod in magno, divite, lato & rotundo vase Diis consecrare, & offerre nequeat. Erat autem Lanx vas rebus divinis aptum. Ausonius in Monosyllabis,

Tburibula ē patere, quaterua vasa Deum? Lanx.

72. *Ita agas Messala lippa propago.*) Magnillius, &

us, & clarissimi viri, degeneres posteri. Dicit autem ita, vel quod Messalinus revera lippa fuerit, idemq; improbus, vel quod lippus improbus. Vnde idem poeta nostre Sat. 5.

— *Lippus, & intensifarragine mendax.*

Intelligit autem Cottam Messalinum, quiam vi-
tiosos oculos in senectute habuisse dicitur; ut palpe-
bra ejus in exteriorem partem verterentur.

73. *Compositum jus, fāsq; animi.*) Versus præ-
clarissimi, & omnino Christiani, id est, animum com-
positæ justitiae & æquitatis amantissimum. Ha-
mo malus, licet opibus, auro, divitiis, facultatibus affluens, nemo impius, licet ad splendoris, honoris, & dignitatis cacumina elevatus, Deo obtulerit, sed ferè privati, & tenuioris sortis, & fortunæ homines. Ve-
rissimum enim illud Senecæ,

*Pudor, pietas, sanctitas, fides,
Privata bona sunt.*

Et sine quibus Deo nemo gratus, & acceptus, li-
cetaram, ut idem Seneca ait, multo sanguine crue-
taverit.

Sanctosq; recessus mentis.) Intima illa mentis pe-
netralia sancta, pura, & ab omni labore, & maculâ im-
munia.

74. *Et incōctum generoso pectus honesto.*) Sentit scilicet non carne opus esse, & optimis victimis, auro, & donariis ad placandam cælestem majestatem. Sed mente sancta, justo animo, & pectore naturali honestate generoso, ut ait Laetantius lib. 6. cap. 2. hunc locum Persi citans.

Incōctum.) utitur metaphorâ pulcherrimâ: Nam

velut velleribus, vellaniis incoquuntur colores, & rubores (quod eodem verbo usus Virgil. 3. Georg. dicit, *Tyros incœta rubores vellera:*) Sic pectori vel animo sit incoctum generosum illud honestum, vel pectus & animus sit incoctus, coloratus, & non leviter tinctus, sed planè, & plenè imbutus honestate, non exteriori illo fuso (quem superius damnavit, & quod respicit) & alicitius ornamentis, decoratus.

75. *Hoccedo, ut admoveam templis, & farre litabo.* Hec quibus Deus gaudet, quibus placatur, si templis a ~~ad~~veam, & Deo offeram, satis paratus accedo, si sacrificiorum adhibeo, ut opimis victimis non sit opus.

Ei farre litabo. Fischlinus & alii hoc interpretantur. Si hæc Diis tam grata obtulero, puro, castoq; farre Diis immortalibus litabo. Sed quod cum pace tanti viri dicatur, negligentius hunc locum intuitus, non animadvertis. Emphas in vocabulo farre, quod hoc loco pro tenui, ut ita loquar, & cum nullo magno & sumtuoso apparatu instituto sacrificio positum. Dicit n.s. si sanctissima hæc munera Deorum aris admovero, gratus, & acceptus Deo ero, etiam si farre tantum, & fictililitávero. Hanc meam interpretationem validè confirmant, versus aliquot præcedentes, & quidem ille statim in iñitio, *Funde merum genio. i. non opus, te rem divinam cæsa opima hostiā facere,* mpre illorum qui sumtuosis sacrificiis emunt Deorum auriculas, & Deos corrumpere, & ab illis ob opima hæc sacrificia improba vota student impetrare, cùm solo vino vir præsertim bonus gratus Deo litare possit. Nec improbat hoc locus ille Ovid. 3. de Ponte 4.

Vt

Ut defint vires tamen est laudanda Voluntas,

Hac ego contentos auszuror esse Deos,

Hac facit ut pauper veniat quoq; gratus ad aram,

Ei placeat casā non minus agna bove.

Idē Epl. 19. *Non bove mañaro celestia numina gant-*
Sed que prestanta est & sine teste Fide. (dent)

Et Horatius. *Te nihil attinger,*

Tentare multa cade bidentium, &c.

Immunis aram si tergit manus

Non sumptuosa blandior hostia,

Mollibus aversos penates

Farre pio, & sat sentemica.

Nec reclamat Seneca. Sanè ille locus de benef.

lib. I. cap. 6. præclarus hunc Persi locum, & illud præsertim de farre, validè confirmat & illustrat. Verba autem sunt, *In victimis, licet opima sint,* (Sic enim lego, non ut quibusdam placet optimæ), *auroq; per-*
fulgeant, non est Dei bonos, Sed in piis, & recta voluntate
venerantium. Itaque boni etiara farre, & fictili religiosi sunt: mali rursus non effugiunt vilitatem, quamvis
aras sanguinem multo cruentaverint. Nempe non plus valeres far, id est parvum sacrificium cum innocentia, quam magnum cum scelere. Erat autem far mola frugum militari, falsa, vel saleasperfa, vel hordei integræ fruges cum sale mixta.

"distendit.
ostendit.



Empe hoc aspidè? Lam claram manè
fenestræ.

Intra!, & angustas lexendit lumine
rimæ.

Sierimus, indomitum quod despissa-
mare Falernum

* En quid * Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbrâ.
agit? Hem quid agis? siocq; insana canicula mæscet

Iadudū coquit, & patula pecus omne sub ulmo est.

Unus ait comitum: Verūmne? itāne? ocyus adfis;

Huc aliquis: Nemōn? turgescit vitrea bilis;

* Finiditur, * Finior, ut Arcadia pecuaria rudere dicas.
Arcadia. Funditur. Iam liber, & bicolor positis membranacapillis,

Inq. manus charta, nodosaque venit arundo,

* queritur. Tū* querimur, crassus calamo quod pèdeat humor,
nigra sed inf. vanes! Nigra quod infusa vanescat sepiæ lymphæ.

* queritur. Dilatas* queritur geminet & quod fistula guttas.

+ quo. O miser inque dies ultra miser! Huccine rerum

hoccine. Venimus? At cur non potius, teneroque* palumbo,

* columbo. Et familiis regum pueris pappare minutum
Poscis? & iratus mamma lallare recusas?

An tali studeam calamo? Cui verba? quid istas

Succinis ambages? ubi luditur, effusio amens.

Contentenre. Sonat vitium percussa, maligne

Respondet viridis non cœta fidelia limo.

Iutum est. Vdum, & molle lutiū es; nunc nunc properandus, et

Fingendus sine fine rota. Sed rure paterno (acri.

Est tibifar modicum, purum, & finelabe salinam.

Quid metuas? cultrixque foci secuta patella.

Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis,

Stemmata

Stemmata quod Thuscorum millesime duci? * Censo-
* (enforem vetum, vel quod trabeate salutat? remque.

30. Ad populum phaleras; ego te intus, & in cœte novis.

Non puder ad morem discincti vivere! Natta?
Sed stupet hic vittio, & * fibris increvit opimum
Pingue; care culpæ, nescit quid perdat, & alio
Demersus, summa rursus non bullis in unda.

35. Magne pater Divum favos punire tyrrannos
Non* alia ratione velis, cum dira libido

Moveru ingenium, ferventi tintæ aveneno,
Virtutem videant, intabescantque relicta.

Anne magis Siculigenuerunt era juventi,

40. Et magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureus subier cervices terruit? Imus,

Imus precipites, quam quisibi dicat, & intus
Palleat infelix, quod proxima nesciat uxori?

Sape oculos, memini, & tingebam parvus olivo,

45. Grandia si nolle morituri verba Catonis
Discere, ab* insano mulsum landanda magistro,

Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
Iure etenim id summura, quid dexter senio ferret,

Scire erat in votis, damno sa canicula quantum

50. Raderet, angusta collo non fallier orca;

Nen quis callidior buxum torquere flagello.

Hand tibi! inexpertum curvos deprendere mores,

Quaque docet sapiens braccatis illita Medis

Porticus, insomnis quibus* indetensa juventus

55. Invigilat, silquis, & grandi pasta potentiâ.

Et tibi qua Samios diduxit littera ramos,

Surgeatem dextro monstravit limite calleri.

Sieritis adhuc, laxumque caput compage solutâ

¹ Nacte.
Nacte. Na-
tex.

*membris.

*bulit,bul-
lat.

Haud alia.

¹¹ tangebâ.

* & insa-
no, incane-

¹¹ inexper-
tum est.

* & detusa.

¹¹ Lapsumq;

Oscitare hesternum, disbutis undig malis?

in quo. Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcana?

Scd mali. An pafum sequeris corvos, testaque, latuque

Securus quò pes ferat, atque extempore vivis?

Helleborum frustra, cùm jam cutis agra tumebis,

Poscentes videas, venienti occurrere morbo.

Et quid opus Crateromagnos promittere montes? 65,

* Discite d. Dilicet d. Discite &c. Vnde.

Dilicet d. Quid sumus, aut quidnam vulturi gignimur, ordo

Quis datus, aut meta quam molis flexus, & lunde.

Quis modus argento, quid fas oprire, quid asper

Vile nummum habet; patria, carisque propinquus 70.

Quantum clavigiri deceat; quem te Deus esse

Ius sit, & humana quā parte locatus es in re.

Dicte: neque in videas, quid multa fidelia putet

In locuplete penus, defensis pinguisbus Umbris,

Et piper, & perna. Marsi monumenta clientis, 75.

* defecte. Menaque, quid prima nondum * defeccerit orca.
Lat. Hic aliquis de gente hircosa centurionum

Dicas, quod satis est, sapio mihi: non ego curio

Esse quod Arcesillas, arumnoisque Solones,

Obstipo capite, & figentes lumine terram, 80.

produnt. Murneura cum secum, & rabiosas silential rodunt;

Labiosa. Atque exorreco trutinanur verbalabello,

Agroti veteris meditantes somnia, gigni

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

* eut pak. Hoc est * quod palles; cur quis non prandeat, hoc est. 85.

His po. pulus. Hos populus rideret, multumque torosa juventus,

Ingerminat tremulos naso crissante cachinnos.

* exudat. Exuperat Inffice, nescio quid trepidat mihi pectus, & agris

teat. Fauibus * exuberat gravis halitus; inffice sodez.

Qui

90. Qui dicit medico iussus requiescere, postquam

Tertia compositas vides nox currere venas,

De maiore domo citius sciente lagena

Lentia latuero sibi Surrentina, rogavit.

Heus bone, tu palles, nihil est, videoas ramentum istud,

95. Quiquid id est: surgit racite tibi lutea pellis.

At tu deterius palles: ne sis mishi tutor.

Iam pridem hunc sepell, tu restas, perge, Tacebo.

Turgidus hice pulis, atque albo ventre lavatur,

Guiture sulphureus lente exhalante Mephites.

100 Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem * triental.

Exsuci è manibus; dentes crepuerer etecti.

Uncula cadunt laxis* tunc pulmentaria labris,

¶ Eliae tuba, candele, tandemque beatulus alto

Compositus lebbo, crassisque * liratus amomis

105 In portam ¶ rigidos calces extendit; at illum

Hesterni capite obducto subiere Quirites.

Tunge miser venas, & pone in pectore dextram.

Nu caleri hic, summosque pedes attinge, manusque

Non strident. Visa est si forte pecunia, sive,

110 Candida vicini subrisit molle puella,

Cortibiri salutis positum est al' gente catino

Durum olus, & populi cribro decriffafarina,

Tenacius fauces, tenerolater ulcus in ore

Putre, quod haud deceat plebeiarodere bet.

115 Alges, cum excusset membris tremor album aristas: * timor.

Nunc face supposita fervescit sanguis, & ira,

Scintillant oculi: dicisque, facisque, quod ipse

Non sanies horrinis, non sanus iurei Orestes.

* hinc pul-
mentaria.
¶ Tūc tuba.
* liratus.

¶ rigidas.

C O M M E N T A R I V S.

SAtyra hæc tertia , quæ inscripta Increpatio desideria , ex 4. Libro Lucilii translata dicitur , quo ille pravos mores , & luxuriam divitum castigavit . Perstringit autem hæc Satyra Persius virtus juvenutis Scholasticæ , & Philosophiae , & humaniorum literarum flagitiosum neglectum & contentum . Et initio quidem acriter in illorum pigritiam , & somnolentiam invehitur , quin non solum commissationibus , & luxui indulgentes , in medios usque dies somniando crupulæ exhalent , & edormiant : studiis interim posthabitatis , & neglectis : Verum insuper nullas non causas , easque leves , inanes , pueriles , & ridiculas , ne studiis operam dare cogantur , pigritiæ suæ , & inertie prætentunt : Interim manentes ἐν τοις θέρεσιν , αἰδεῖσιν , ἀθηταῖσιν , vita , moribus , dictionis , & factis , omnibus cordatis deridendos , & contemnendos se proponat . Ac proinde ejusmodi juventuti præfectos graviter hortatur , & monet , ut illa ætate qua juvenum animi cerei fingi , & resingi possint , animos illos rudes honesta disciplina , studio virtutis , & rerum pulcherrimarum cognitione imbuant , informent , expolian . Porrò etiam vesanam , & flagitiosam divitum superbiam notat , & reprehendit , qui quoniam è nobilissimis familiis oriundi , satis opulent , satis nummati sint , & quibus mundus vietus nō deficiente crumenā contigerit , idcirco parum necessarium , supervacaneum , quin & indecorum existiment , divites ejusmodi , & nobiles arte , doctrinā , & Sapientiā , quibus illi quidem haud indigeant instrui , & interea perseverantes ὅντος χρείαν , vel ut Socrates , καὶ οὐκ ἀνόρα-

δηπαταδη intus & incute superbi , glorioſi , bardi & a-deo flagitiosi , ut vitiis , & sceleribus callum obduxiſſe videantur , & unde emergendi spes omnino fit nulla , ac proinde scelerum Furis , & conscientiæ ſtimulis , exagitari , invidiā , & livore contrarecte & ſecundum virtutem viventes , contabescere , desperatione angi , & excarnificari ; Quo quidem nullitytanni violentiores , nihil crudelius , & miserius . Et ut maximè flagitiosa hæc aureæ ætatis negligentia , in pueris ex parte excusari poſſit , (nam & ſe puerum fatetur puerilibus adfectibus induſſiſſe .) In jam provectioris ætatis , veniam nullam mereri , nequaquam tolerari poſſe , ac deberi : Quippe qui jam , vel doctrina vel ſaltem ætate admoneantur honestum à turpi , bonum à malo , discernere : Et proinde gravissimè eos hortatur , ut à dubiâ illâ & incertâ vitæ fluctuatione defiſtentes , certam vivendi viam ingrediāntur , certam ad quam vivant regulam prehendat , certum denique ad quem omnia ſua facta , dicta , dirigant , ſcopum ſibi proponant ; ne errabundi , & deviū in vitiorum barathrum , & animorum peſtem , & extremas calamitates , unde emergendi ratio nulla , contra quæ nullum amplius remedium , ſuperfit , inſcidant . Et ideo monet ut illâ ætate diſcant cauſas , & primordia rerum , humanæ vitæ fugacitatem , & fragilitatem , quid in vitâ optandum , & quærendum sit , quis verus fit divitiarum uſus , & alia honesta , neceſſaria , & utilia ; adeoque quæcunque Deus concesſerit , illis contentum vivere , & aliis ditioribus non invidere . Demum objectioni nobilium responderet , quod Philoſophi inania ſectentur , pauperes , & æ-

ruminosi vivant, & passim irrideantur, & contemnuntur, ac proinde se, & alios his, & similibus, à studiis humanioribus revocent. Quos similes esse inquit agrotis, qui quoniā medicum non solum auscultare recusant, verū insupèr etiam minis, & savidicis dictis à se abigunt, aggravato indies morbo extinguntur, & sepeliuntur: sic & illos contémptā Philosophiā, in virtutia insanabilia incidere; qui licet morbis corporeis non detineantur, morbis animi miserrimè laborent, avaritia, libidine, irā, timore, spe, metu, omni corporis dolore gravioribus, queis nihil molestius nihil intolerabilius & quorum remedium, unica, & sola Philosophia.

1. *Nempe hoc assiduē.*) Sunt verba juvenibus præfecti, vel pædagogi, vel etiam sodalis somnolentes, & inertes suos discipulos, vel socios increpati, & ad laborem, & studia hortantis. Nempe hoc ita facietis assiduē, ut ad medium usq; diem dormiatis? Numquāmne flagitiosæ illius vestræ socordiæ, & inertiae erit finis aut modus?

Iam clarum mane fenestras Intrat.) Iamdudum clara lux exorta, tempus matutinum indicari, fenestras illustrat, & penetrat.

2. *Ei angustas extendit lumineras.*) Etrimis ædium adeò largiter se insinuat, ut quasi suā copiā illas distendere vel extendere & ampliare videatur, & totam domum collustrat.

3. *Sertimus, indomitum quod despumare falernum sufficiat.*) Vos tamen adhuc sertitis, & quidem quantum satis sit, hec tñz crapulae ex indomito illo vino Falerno contrahere, exhalandæ, & edormiendo.

In-

Indomitum falernum.) Metonymia caussæ, quòd homines bibentes indomitos, & intractabiles reddit. Est autem vinum Falernum, è Campaniâ allatum, cui inter generosa vina Italæ secunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Pucino, quod à Gracis Pictanum appellatur.

Despumare.) concoquere; vel potius purgare, quòd quasi fæces, superfluitates, turbidiores spiritus, & vapores è vino in corpore humano concitatos quasi despumet, purget, exhalet.

4. *Quintā dum linea tangitur umbrā.*) id est ad quintam usque diei horam somnum producitis. Distribuebatur autē apud Romanos tam dies, quam nox, in 12. horas, quæ quia dies semper, quemadmodum, & nox crescit vel decrescit, inæquales dicebantur, & diei quidem horæ a state longissimæ, hysme brevissimæ. Contrarium de nocte intellige. Produxerunt igitur hi somnum ad medium fere usque diem. Nam & hora meridies ipsius fuit. Est autem hysmalle, dum linea tangitur quintā umbrā, pro, dum quinta linea tangitur umbrā. Intellige de Horologis Sciatericis, vel, ut Cicero ait, solariis, illisque vel verticalibus, vel horizontalibus.

5. *Hemquid agis.*) Nónne pudet somnolente, bonum die tempus somno terere? cur non surgis? quid agis?

6. *Sicas infanacanicula meses Iam dudum coquuntur, & viridi pecus omne sub ulmo est.*) Id est capicula illa aestum, & calorem mirè adaugens cum Sole exorta ad meridiem pervenit, & suo calore segetes arefacit, coquit, maturat, & pecudes ulmarum, & arborum

umbras quærere coegerit.

In ana.) astuosa, vehemens.

Ulmus.) Arbor illa vineis armata, unde virgas quibus servos percutiebant, confecerunt. Hinc apud Plautum servus appellatur, ulmitriba, ulmorium Acheruns.

7. *Unus aut comitus; verumne? ita?*) Nam demum somnolentus, & ignavus quispiam ex illis clamoribus, vel inclamationibus praecceptoris vel comitis sui, excitatus, incipit querere. Verumne quod magister dicet? ita ne ad quintam usque somnium produxi?

8. *Ocyus adsit His aliquis.*) Verba sunt pigri illius famulorum suorum in clamantis, ut tam vestimentis continuo praesto adsit. Ocyus famulorum quisquam mihi adsit.

Nemō? surgesbit vitrea bilis.) Quod si tum nemo è vestigio adsit, ira, & furore adeo concitatur, adeo cor ejus finditur, adeo insanā iracundiā vociferatur, & clamat, ut asinum quendam Arcadicum rudere arbitreris.

Vitrea bilis.) Sic & Horatius splendida bilis dicit, id est, flava, vel altra ~~καλλίστης~~ ^{καλλίστης}. Vel etiam splendida, & clara, id est quae se clarissime è splendore prodit. Et eodem modo, ut ait Turnebus Graciā, clarum, & pellucens appellant.

9. *Finditur.*) i. prae ira quasi discerpitur. Sic Plautus, Bacch. *Heu cor meum & cerebrum Nicobule finititur* *Istius hominis fit ubi quaq; mentio.*

Arcadie pecuaria.) i. asinos, quos Arcadia habet maximos, & procerissimos; ut etiam in Proverbium abierint.

10. *Iam liber, & bicolor positis membrana capillis.*)

Iam vero tandem, ubi magno labore, & molesta exigitatus, & lecto excussus, pexis, & compositis capillis, liber, & bicolor membrana, chartæ, & calamus in manus venit, & illa quidem invitit, & coacti, & quasi studiis operam daturi. Liber autem sumitur, unde a liquid describatur in charta. Bicolor autem membrana, chartæ est involucrum, & tegumentum, & manuale exemtile. Bicolor dicta, quod pars crocea, pars glutinata erat apud antiquos. In charta autem scribebatur à discipulo.

11. *Nodosā arundo.*) arundine enim, quæ Græcis ~~πολλαχοῦ~~, scribebant antiqui, ut nos pennas in arundine autem complures nodi.

12. *Tum querimur.*) Hic verò operæ precium audire, quas excusationes suæ pigritiæ, & socordiæ, ignavi illi socii, ne literis operam dent prætexant. Nempe verissimum illud Proverbiū ~~ἀλέγοις~~ ~~αὐτοὶ ιαγῆ~~. Ignavis semper feriēt. Et juvenes quibus insuaves sunt literæ nūquam non cauſantur aliquid, quo sint in otio nūc valetudinē, nūc occupationes alias, nūc rigor hiemis, nūc æstatis fervor. illos impedit. Demam avocat à libris autumni periculosem cœlum, vel veris amoenitas jam fugitura. Pransis cibus nondum concoctus, impransis fames impedimento est. Luci ignavi libris invigilare dicunt, noctu ad lucernam oculis inimici. Dives literis, & sapientia sibi opus esse negat, Pauper sumptus sibi deesse conqueritur. Multi etiam leviores, & magis ridiculas cauſas, ut hīc videre prætentunt. Sed cui bono? cui non malo potius? Et hinc illud quod ad veram eruditio-

nis frugem tam rari perveniant, illi præsertim q̄tibus bulga, aliquantulum plenior: qui negant opus esse fibi doctrina & eruditione. Sed hæc vox juxta illum Siciliæ regem bovis non hominis.

Craffus calamo quod pendeat humor.) Causa pueriles, & ridiculæ quas ignavus ille prætendit: Quod atramentum hincis craffum, calamo fixum quasi adhæreat, scribendo minus accommodum & aptum.

13. Nigra quod infusa vane scat sepiam lympham.) Si tunc præceptor, vel socius dicat, ut craffius atramentum aqua diluat, & scribendo aptum reddat, causam invenit, & prætextum, quod ob infusam lympham, adeò fluidum sit redditum, ut interscribendum vane scat, & perficiat.

14. Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.) Causatur quod fistula, vel calamus geminas guttas pro una extillet, & chartam, & scripturam fædet, & contuminet.

Vane scat sepiam.) Sepiam pro atramento à colore posuit; ex qua Afri atramentum conficerere consueverunt.

Dilutas.) aqua nimis fluidas redditas.

Fistula.) pro calamo, qui parvæ instar fistula.

15. Omiser inque dies ultramfer!) Exclamatio iræ, & indignationis plena, qua detestatur flagitiosam illam ignaviam, qua in sui miseriā, dannum, & detrimentum, adeò ridicula, & puerilia prætexunt, & ob doctrinam, & eruditionem & virtutem ne tantillum quidem laborare, nihil molestiarum sustinere cupiunt.

Huc in rerum venimus?) At ô omnium miseri-

me, & deplorate, & conclamate, cuius quidem miseriā indies aggravescit, & augmentum capit, huicne rerum pervenisti, eōne flagitosæ, & dementis ignaviae progressus es, ut nihil laborare, & tuam ignaviam, & inertiam conficit, & mendacibus prætexibus tegere non erubescas?

16. At cur non potius, tenero³ columbo, &c.) At quia adeò tener, molli, & delicatus, cur non similis delicatisimis illis turturillis, & palumbibus, aut priucipiū, & regum pueris, qui curiosè custodiuntur, in situ delicatisimis epulis foventur, illorum more pappare, cibis ali, & inescari desideras? cur hō ad pristinam pueritiam, & infantiam redis? & quia ob nimiam socordiam omnē laborem fugis, cur non possis doctrinam & eruditionem unā cum cibis tibi instillari?

Columbo.) Columbus pro molli, tenero & delicato ponitur, unde & amantes amicas suas, amoris gratiâ, mea columba appellaro~~con~~sueverint. Huc pertinet locus ille Senecæ in Epistolis: Sed volebam vivere dicis, carere tamen incommodis. Tam effeminata vox virtutum dedecet. Hoc metum esto votum! Non Deus unquam faciat, ut Fortuna me in delitiis habeat. Ipse quisquis es te interroga, si qua potestate tibi Deus faciat, utrum malis vivere in macello, an in castris. Atqui vivere militare est. Proinde hi qui jactantur, & per operosâ atque ardua sursum, atque deorsum eunt, & expeditiones periculosis obiunt, fortes viri sunt prioresq; castrorum, & vivere existimandi sunt. Isti quos publica quies, aliis laborantibus molliter habet, turturilli sunt, tuti contumelias.

causā, quorum vita mors censenda.

17. *Pappare minutum.*) i minutis, & blandiusculis verbis patrem compellare, more puerorum, jam primum loqui dissentium. Vel cur non minutos, delicatos, & teneros cibos, more puerorum, appetis. Plaut. Epid. *Novo liberto opus est quod pappet. P. dabatur, prebebo cibum.*

18. *Et irans mamma lallare recusat.*) Et more procacium, & petulantium puerorum iratus nutricia tua, quod quæcupis concedere noluerit, lac illius fugere recusat. Nam lallare idem quod Græcum *lallos*, & la vox quæ nutrix ad lactandum pueros invitat. Vnde *la* vox Gallis adhortatis est. Alii nec male accipiunt de Næniâ nutricum, lalla, lalla, lalla, quæ infantibus occidunt, ut ita somnum eis concilient: unde & Lalli somniferos modos Ausonius Epist. 17. dixit. Fuit autem Lallis Deus, qui præfesset Næniis illis balbis, quas nutrices pueris occidunt. Nulla, n. sita quam facilis exprimit quam l., quin etiam eius frequentia somnum inducebant.

Mamma.) *pappari.* Hoc loco avia, vel nutrix. Martialis lib. I. Epig. 68.

Mammatis, atque Tatas habet Afra, sed ipsa Tatarū Dicit, & Mammam maxima mamma potest.

Maxima Mamma quasi dicat abnutrix, ut dicimus maximus fœcet uxoris abavus. Cato, *Qui cibum, & potum ques, & Pappas vocant, & patrem Tatas, & matrem mammam.* Alter tamen Ammonius *titulus, ex lege in deinde pater, matris, & iugum puerorum regi puerorum.* A Bua autem quæ infantum potio, imbuere derivatum, quasi cum laternutris unde inferire.

19. *An*

An tali studiam calamo?) Verba ignavi. Quis talis calamo, tali atramento unquam studere possit?

Cui verba?) Responsio. At ô miser, & inconsiderate, cuinam verbate daturum, cui os sublitorum, cui tuis ambagibus, quas succinis, te impositurum speras, certe non mihi, sed tibi ipsi.

20. *Tibiluditur.*) Tua res agitur, de tuo corio luditur.

Effluvis amens,) tu unâ cù tēpore, quod solū tuū est, quod tā malè, & inutiliter collocas, effluvis, & transis. Alij illud *effluvis* interpretantur, palafis, divulgaberis, te rudem, indo sum, & hominem nihil esse omnibus notum evadet: Sed durius mihi hoc. Nos autem cum tempore transire & effluere, & ætatem nostram citius, quæ verno flores defluere, ex Seneca & aliis abundè videre.

21. *Contemnere.*) Cūm nihil in te studiis, & labore acquisitum *τραχεῖς ἀγοραί*, & laude dignum deprehendatur, non injuria ab omnibus viris cordatis, & prudentibus tanquam *τραχεῖς ἀγοραί* ap̄quens, pōdus inutile terræ, contemnere, & flocci nihilique fies.

Sonar vitium.) Ratio. Neque enim ullaratione stupiditatem, & ruditatem tuam tegere, & celare poteres, nam tuo ipsius indicio simul os aperueris te prodes. & omnibus deridendum propones. Respirat, nisi fallor, ad illud quod dici solet: Sermo animi indicium, & Character. Et Socrates cūm aliquando speciosum juvenem in angiportu sibi obviam factū intueretur: *Vite videam, inquit, aliquid eloquere.* Horatium autem hoc loco imitatus videtur, — *Quin in invidiā placare patas virtus se reliktā*

Convenire miser.

Sonat vitium.) i. ex tuo sermone tua vita sonabunt, & indicabitur, te parum esse frugi.

22. Percussa, malignè Respondet viridinon cœta fidelia limo.) Probat quod dixit simili, ut enim fidelia, vel vas Samium nisi ex viridi, & proba argilla, vel limo bene cocta sit, percussa male sonat, & sonitu empatori vitium indicat. Ita & tute tete serinone, & omnibus vitæ actionibus prodis. Quod & Diogenes Cynicus indicat ubi dicit: Mirum sibi videri quod cum ollam, aut operculum non emerent homines, nisi pulsu, & tinnitu exploratum; in emendo homine folio aspectu essent contenti: Significans hominem nulla ex remeliis cognosci, quam ex Oratione.

23. Vdum, & molle iustum es.) Qui autem de vase Samio dixit, quod nisi ex probro luto benè coctum, percussum, & exploratum malignè sonat: In illâ Metaphorâ perseverat. Et monet juniores, ut, cu illâ ætate argillæ, & ceræ sironiles sint, fingi eorum animi, & refungi possint, se honesta disciplina, actibus Philosophiæ præceptis, imbiui, & expoliis permittat. Similis es ô puer argillæ, vel luto uido, humido, molli, & præparato.

24. Nunc, nunc properandus, & acri Fingendus si ne fini rotâ.) Quare sine cunctatione, & morâ tecum properandum, & acri rotâ fingendus, & severiori disciplinâ, & lentis interdum, quando aliter fieri nequit, ferulis instituendus, & coercendus.

25. Sed rure paterno Est ibi farmodicum.) Hucusque juvenum locordiam, & ridiculas illas, & inaptas caußas, quas ignavie sua prætendunt, taxavit.

Iam

Iam secundum illius ætatis vitium tangit, quod quia paullò nobiliores, & opulentiores, studia humanitatis flocci faciunt, & contemnunt.

Sed rure paterno.) Sed tu mihi objectas, quod virtute majorum tuorum dives sis satis, quod rura paterna, far modicum, & frumentum, quod in annum satis, tibi suppeditent, quod tibi purum sine labore, & sordibus in mensa salinum splendeat, adeoque mundum & securum victum habeas, & nihil tibi deficit; & quod nihil proinde metuas, nihil cures, studia literarū tenuioris fortunæ, & pauperibus relinquas.

Farmodicum.) pro frumento annuo positum.

Purum, & sine labore salinum.) i. à sordibus, & avaritiae labore alienum, cui abunde satis sit. Erat autem salinum propriè patella, quâ Diis primitiæ offabantur. Horatius lib. 2. Od. 16. carm.

Vivitur parvo bene, cui paternum

Splendet in mensa tenui salinum.

26. Cultrixque foci secura patella.) Patella vas erat quibus in sacrificiis utebantur, quæ hoc loco appellatur cultrix foci, quia delibatae dapes, primitiæ, vellibamenta in eâ posita, ad focum afferebantur. Secura dicitur, quod quia nihil ei desit, sit quasi sine cura, nihil curans.

27. Hoc satis?) Responsio Poëtae. At verò, obsecro te, Tûne hoc satis esse existimas? & divitias, & ad victum, & amictum necessaria, ad benè beatèque vivendum sufficere arbitratis?

An deceat pulmonem rumpere venio? &c.) An verò tu propterea cristas erigis, & viros doctos, & humiora studia ex alto despicias, & contemnis, & su-

perbiā, & fastū turges, intumeſcis, & pænē rumpēris, quōd foritan ex veteri illo Hetrūcorū ſtemmate, & nolilitate ramū millesimum ducas; vel quōd trabeatus, vel trabeā equeſtri ornatus, & amītus Cenſorem tuum ſalutes?

Pulmonem rumpere vento.) Pulcrē dixit. Nam ſuperbi, & ambicioſi illi vanā opinione ſuę nobilitatis, ſapientiæ, pulcritudinis &c. ſe cœu vento inflant.

28. *Stemmata quōd Thuso, &c.*) Quōd tuam originem per mille generationes ex Nobili illā Hetrūcorū familiā derives, & deducas.

29. *Cenſorēm tuum, vel quōd trabeate ſalutes?*) Téne deniq; adēd eſte tumidum, & inflatum, quōd adēd longā ſerie ſis nobilis, vel patria ſis ortus familiā, vel ſenatoria, vel quōd ex equeſtri ſis ordine, & in traduictione trabeatus ſpectantem ſalutes Cenſorem? Dixit autem trabeate vocandi caſu, pro trabeatus. Sic & apud Horat. Sat. 2. lib. 1.

Malle virtute eſto ſententia dia Catonis.

30. *Ad populum phaleras.*) Reſponsio i. oeta. A. pagēſis cum præpoſterā illa tua arrogātia cum inſana illa generis, & ſtemmatiſi jactantia, & extera illa ornementa generis, ſoi mæ & divitiarū, cœu equorum phaleras, ad populum tranſfer. & populum fallico, mihi nihi impones, qui ſciam ſolam, & unicam nobilitatem eſſe virtutem. Sunt autem phaleræ equeſtrium ornementa διπλῶ φαλῆ, quod ſignificat illeſtre.

Ego te intus, & in cute novi.) Quaſi dicat externis illis ornementis populum quære quem fallas, qui illa ſolū admiratur, Ego extera illa larva non mo-

veor, nec illa n.e deceperis, quippe, qui te noverim intus, & in cute percitum, & animo profundo vi- tiorum barathro eſte in merſum.

31. *Non puder ad morem diſcincti vivere Naſtæ.*) Non te pucet majorum tuorum gloria attolli, & interi- m vivere n' ore diſcincti cujuſdam, & intempe- rantis, & omni luxu defuentis nebulonis.

Diſcincti.) Metaphoricè, à veste demissa, & laxa, quali in ambulare ſolent homines diſſoluti, & parum frugi. Eſt ergo diſcinctus idem quod luxu diſſolu- tus Horat. Ep. od. Od. 1.

Diſcinctus aut perdam ut nepos.

Naſtæ.) Variè hic legunt, & variè quid hoc ſibi ve- lit interpretantur. Alii legunt Naſæ, alii Nattæ, alii Naſtæ. Et quidam putant luxuriſum, & diſſoluto- lum fuſile Romæ eius nominis, nepotem. Adriā- nus Turnebus ſcribendum putat naſtæ, & notari di- cit ſordidum quendam, & nequam fullonem, qui non ſit nauci. Nam fullones dicit, qui naſtæ vocan- tur uestimenta pedibus calcata ſaltu ſuo ful'onio pre- muunt, & densant. Eo adducit Horatium lib. 1. Sat. 6. *Non quo fraudatis immundus naſta lucernis.*

32. *Sed ſtupet hic viuio.*) Poētæ verba deacta intelligēda. Et profeſtō naſta hic, & conſimiles flagitiosi perdiſti, & nequam nauci que horincs, ha- bitu jam vitiorum acquiſito, ſtupidi adēd ſunt, ut amplius peccare ſe non ſentiant, & ita ignorantia, & inſtitia peccant. Tu contrā prudens ſciensque vir- tutem deſeris, & re'inquiſis.

Siupere.) ſignificat quodammodo ſenſum rerum non habere.

Et fibris increvit opimum Pingue.) i. opimum illud pingue virtiorum altissimas in corpore ejus radices egit, & intimis fibris jecoris increvit, & se inferuit.

Fibris.) Quod antiqui etiam in jecore sensus animali collocarint. Superius dictum.

Opimum Pingue.) Sic Horatius *Pinguem vitium dixit.* Pingue autem hoc loco substantivum. Sic Virgilius *Densum pingue* dixit.

33. *Caret culpa, nec sit quid perdat.)* Quo circa deploratus ille nepos culpa quodammodo carere, cum nesciat quid agat, quid perdat, & ex ignorantia peccet, existimandus est. De illis autem qui ex ignorantia vel insertia peccant, Vide 3.lib.Ethic.Arif.

34. *Et alto demersus, summā rursus non bullit in unda.)* Et in alto vitiorum barathro demersus, unde rursus ebullire, & emergere, & ad saniorem mentem redire illum posse, nulla omnino spes est.

Alto.) mari profundiore, & à terris maximè remoto.

Bullit,) Ebullit, emergit, ut aëris in fundo aquae ebullit, & ex aqua emergit. Metaph.

35. *Magne pater Divum, &c.)* Et nacta quidem ille hac ratione quodammodo excusari potest: tu vero nequaquam, qui prudens, volens, sciens virtutem deseris, quod quidem teterima, & miserrima est. nimis labes, & ægritudo: Ac nolim alia ratione à Iove Deorum parente optimo, & maximo, importuni, & scelerati puniantur, tantum ut in aliis videant virtutem, & quod eam tam flagitosè reliquerint crucientur, & contabescant.

Magne pater Divum.) Tu ô Iuppiter, alia ratio-

ne, vel truculentissimos tyrannos non punias, quam petulantem hunc juvenem nulli rectius moneti obtemperantem, scelerum conscientiam, & fraudis cruentati olim punies.

37. *Cum dira libido moverit ingenium f.s.v.)* Cùm dira, & tetralibido, & effrenis animi cupiditas, ferventi, diro, & tristiveneno imbuta, ingenium vel animum illorum commoverit, & in omnis generis flagitia præcipitaverit.

Fervens in clava v.) Metaphora à lana; quæ corrupta ad pristinum colorem reverti non potest.

38. *Virtuem videant, instabescantque relicta.)* Ut coram in flagitiis suis factis virtutem a se contemnam, & relictam videant, & summo cum mero, & conscientię stimulis suorum flagitorum recordentur, & contabescant. Subintellige. Aded graviter, & enormiter tu olim à Deo punieris.

39. *Anne magis Siculi?)* Versus hic monet ut priorem aliquanto accuratiū consideremus, ubi profectō si quis legat virtuti invideant, non inconcinna mihi lectio visa. Et hoc quidam sensu. Nempe fore aliquando ut petulantes hi, & superbi juvenes, qui prudentes, scientes, volentes, studia humanitatis, Sapientiae & virtutis deseruerint, & negligenter, scelerum furiis, & conscientię stimulis agitat, aliorum virtuti, & doctrinæ invideant, & quod illa tam flagitosè neglexerint contabescant. Nam Horatium hic mihi imitatus, cuius quidem studiosissimus fuisse dicitur, videtur, qui in Epistola ad Lollium inquit,

—*Etni*

Posces ante diem librum cum lumine, si non

Inten-

*Intendat animum, studys & rebus honestis.
Invidia vel amore vigil torquebere.
Et post, Invidus alterius rebus macrescit optimis
Invidiam Siculi non inveneret tyranni
Maius tormentum.*

Qui profecto locus hanc meam lectionem validè confirmat, & explicat. Sapè invidiâ, quia possessorem laedit, homines contabescere notissimum, & vcl ex illo Græco intelligitur,

ο φριστος ισιν αντοι ιχει οντικαλδη ιν αυτη
Τηνε ρο φθερον θμωτα ε κραδην.

*Res dira invidia est, Sed habet pulchrum hoc tamen
Quod cor rabe, cant invidi uermeq; oculi. (in se
Anne magis Siculi gemueruntara juvenci.) i. An-
ne unquam tormentis subiecti à crudelissimis illis
Siciliæ tyrannis Phalaride, & Dionysii, gemuerunt
magis æreum taurū vel in ereâ illâ fabricatione juven-
ci, vel tauri Siculi, quâm aliquis malâ conscientiâ vel
invidiâ exagitatus. Historia notissima de Phalaride,
qui Perillum æreae illius machinæ, in qua inclusi, &
igne subiecto excarnificati gementis tauri voceme-
derent, fabrum primum experimentum suæ artis fa-
cere jussit, & tauro à se facto inclusum flammis impo-
suit. Sed & posteâ Phalaris ipse ob fævitiam à suis tau-
ro, quo alios prius suffocaverat, inclusus, & crematus
est. De quo Ovid. in Ibi.*

*Vig, ferox Phalaris lingua prius ensere sectâ
More bovis Pharis clausus in ere gemas.*

40. *Et magis auratis pendens laquearibus ensis.*

41. *Purpureas subter cervices terrui?) i. Nec un-
quam Damoclis cerviccs, licet purpura, auro, & gem-
mis*

mis exornatas magis terruit, ensis setâ equinâ auratis
laquearibus appensus, & ejus cervicib. immönés. Nec
historia illa, de Dionysio Sicilæ tyrano, & Damocle
ignota. Damocles n. quidem Dionysii assentatorum,
cum Dionysius felicitatem miris modispr; dicaret, Di-
onysius suæ felicitatis eum experimétum, & pericu-
lum facere jussit; in suâ sede, & folio ipsum collocavit,
& exquisitissimum ciborum, & vini apparatus adchi-
buit; Sed capiti ejus fulgentem gladiū clacunari exili
setâ equinâ appendi curavit, qui motu levissimo ca-
piti & cervicib. eus purpuracis setâ rupta, incideret.
Cujusmetu adeò cōfternatus, & exanimatus Damo-
cles, ut nullum cibum attingere, nullo externo appa-
ratu, & ornamento commoveri potuerit, & probè
tyrannorum vitam, & felicitatem didicerit.

42. *Imus, Imus precipites quâm si sibi dicat, & in teus.*)
Est ~~τετανόδος~~ præcedentium. Quod nullum Siculo-
rum tyrannorum adeò triste unquam fuerit tormentum,
quâm si quis vel conscientia scelerum exagita-
tus, vel invidia contabescens (quæ quidem tacita,
sed ~~κραδην δένεσται η τοιχίοργα~~ tormenta horribilia)
sibi ipsi dicat, periisti funditus, nulla unquam spes
tibire reliqua, omnia mala accumulata in te ingruunt, in
voraginem omniū miseriariū, & calamitatū præcepis.

43. *Ei intus Pallat infelix, quod proxima nescia
uxor.) Et pallorem morbi, & scelerum, & fraudum
conscientia contracti, intus & subter præcordia inti-
ma sentiat, & tibi paleat, & infelix miserimus, & per-
ditissimus nullum hujus morbi remedium inveniat,
quippe qui ob enormitatem indigni intenti, & scele-
ris, ne uxor quidem morbum concredere, nedum a-
liis*

liis ausit. Tormenta autem hæc interiora animi omnibus tormentis corporeis superiora, & violentiora pulcrè depinxit Hermes Trismegistus 10. Poemandriad Tatium, *Cuius nam ò fili ardenter flamma est;*
quam impietas, & scelerum? quam feracordax na-
corpus lacerat, ut hæc lanians animum? Nonne vides
quos malis animus premitur impius? En sic fili vociferari impius animus, *Uror, absumor, quid agam nescio,*
devorant memiserum mala undique confluentia, Non
video quicquam, heu miser, non audio. De Invidiâ autem
 lege Ovid. 2. Metam.

cujus domus inquit, Imissi in vallibus antri
& Abdita, Sole carens, non ulli pervia vento
Tristis, & ignavi plenisima frigoris, & qua
Igne vacat semper, caligine semper abundat.
 Et post de invidiâ. *Videt intus edentem.*
Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum.
 Et *Pallor in ore sedet, macies in corpore totum,*
Nusquam recta acies, livent rubiginos dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno,
Risus abest, nisi quem visi movere dolores,
Nec fruatur somno, vigilantibus excita curis.
Sed videringratus, intabescitq; videndo
Successus horrimum, carpitque & carpitur, una
Suppliciumque summet.

44. *Sape oculos memini.*) Prior ratio, quod domini
 neniā, & excusatione indignisintignaviā aliquā, vel
 superbiā studia literarum negligentes vel contemnē-
 tes, à naeta illo qui habitu vitiorum acquisito corrigi
 nequeat, & excusari posse desumpta est. Sequitur al-

terā ratio ab exemplo puerorum, & suo adèò ipsius
 desumpta, qui obtenerant etatem affectibus puerili-
 bus, & ipse percussus sit, & loco studiorum pueriles
 ludos, & ineptias tractare maluerit; quod in illa qui-
 dem etate excusari queat. Juvenes autem jam gra-
 diores, qui doctrinā vel etate saltem rectius sapere
 debebant, si aurum juvenilis etatis tempus & stu-
 dia literarum negligant, omni vehiā & excusatione
 merito indignos censeri.

*Sape oculos memini tingebam parvus olivo.)** Sane
 ego cum parvus puer essem, memini me sepe oculos
 meos sanos oleo tingere & illinere, & lippitudinem
 oculorum simulare, ut ita pueris tedium discendi
 laborem subterfugerem. Est autem lippitudo ocu-
 larum lacrimantium vitium, quod ille oleo imitatus
 est.

45. *Grādia si nollem morituri verba Catonis discere.*) Si discendi tedium nollem ediscere & memoriae man-
 dare verba illa grandia, fortitudinem, & magnanimitatem spirantia Catonis Uticensis, de morte, utrum
 moriatur, an non, deliberantis. Hoc autem genus
 exercitationis apud Rhetoras Ethopoeia dicitur. Fuit
 autem hic Cato M. Porci nepos, quem vita Stoicæ
 que disciplina severitate referebat. Hic nudis inter-
 dum pedibus breviisque togas in publicum prodi-
 bat, se se adiuvaciens non nisi turpibus rebus erube-
 scere. Hic post Pharsalicam pugnam uticam se recepit,
 reque à Scipione infeliciter gesta, perfecto Platonis
 Phædone, valde animæ immortalitate, mortem sibi
 coruscivit.

46. *Ab insano mulsum lundanda magistro.*) Si
 nollem

nolle me ista discere, quæ merito multa laude digna, ab insano & nimis severo magistro. Quidam hoc insanum interpretantur valde sanum; sed inepit contra ium omnino ponunt. Accipi igitur debet hoc loco pro nimis severo, & concitato ad curam discipuli magistro, à quo subvereretur reportare notam negligentia.

47. *Qua pater adductis sudans audiret amicis.*) Que parentes mei adductis aliis amicis, & familiaribus memòritate recitaria audiret.

Sudans.) Cui sudorem excuteret, vel gaudium de meo ingenio, & memoria, vel admiratio fortium sublimium, magnanimorum verborum, & sententiarum, & majestatis orationis tanti viri.

48. *Iure etenim id summum.*) Hoc & ad sequentia & ad præcedentia non absurdè potest accommodari. Et ad præcedentia quidem si ita explices. Iure etenim id summum erat, ut illa atatè discerent talia fortium, & magnanimorum virorum dicta & facta, quæ graniori usui, & ornamento forent. Sin ad sequentia adjungas. Ita fuerit explicandum. Illa atatè puerili, puerilia etiam sectabar, & laborem discendi miris artibus evitabam, nec ilud adeò mirum, & absurdum, praesertim cum illi atati puerili jure id summum sit, & omnibus votis appetatur, alea, rati, tesserae, trochus, pila, & alii ludi pueriles; praesertim cum ob iudicij inopima meliora illo tempore animo concipere non possem: Tu autem tanta atate iusmodi excusatione pretendere non potes.

Quid dexter senio ferres Scire erat in voto.) Illa atate teatris ludere gesticbam, nec quid Ca. o vel a i-

Philosophus dixerit vel fecerit, sed quid in tessaris Senio valeret, & quid vel quantum lucri adferret, scire desiderabam, & omnibus votis appetebam. Est autem Senio latus tali, vel tessaræ sex punctis notatum, unde à senario numero nomen etiam fortitus, & erat jactus ejus perutilis, & lucrum adferebat, quo nomine hoc loco dexter, id est auspiciatus, & fortunatus appellatur.

49. *Damnosa canicula quantum Raderet.*) Et scire avebam quid canicula illa damnum adferens esset, & quantum ejus jactus danni pararet, in talis, & quantum lucro abraderet, vel adimeret. Est autem canicula tali latus uno tantum punto insignitum, in quo converso talo deponebatur, ab illo qui jactaverat, nummus unus, aut quantum inter se qui ludebant pepigerant, sine lucro, idcirco damnosa hoc loco dicitur. Pulcrè autem dixit raderet, alludens ad vicinitatem, & ambiguitatem nominis canicula: Canum enim est radere, vel abrodere.

50. *Angusta collo non fallier orca.*) Et discere cuperbam, quæ ratione, & arte talos vel taxillos in orcam commodissime conjicerem, ne si fallerer jactu, & aberrarem ab angustiore collo orcae, vel turriculae damnum, & jacturam facerem. Est aut orca hoc loco vas lusorum, in quo conjecti tali, & agitati conjiciuntur in tabulam aleatoriam, quam & Phymum, & Pyrgum, vel turriculam appellant.

51. *Ne quis callidior buxum torquere flagello.*) Et denique illam tandem adfectabam, ne quis puerum tota civitate buxum, trochum, vel turbinem melius torquere, & in gyrum flagello, vel habenâ fle-

ctere, majori solertia, & calliditate possit.

52. *Haud tibi inexpertum est curvos deprendere mores.*) Et sic ego quidem à studiis aliquando abhor-
rui, sed pueritiae inscitiā, & lasciviam etatis ludo debi-
tae relinquebam, posteā grandior melius sapere di-
dici. Sed tuncque inscitiā excusare potes, ut na-
tūra ille, cum flecti adhuc possis, & Philosophiam di-
ciceris, nec pueritiam prætendere, cum tam grandis
fis natu. Haud enim tibi inexpertum est, vel do-
ctrinā, aut saltē etate didicisti curvos, & pravos mo-
res deprendere, cognoscere, & bonos mores à malis
discerneare.

53. *Quaque docet sapiens braccatis illita Medis Porticus.*) Nec tibi inexpertum, vel ignotum, qua
& qualia doceat sapiens illa porticus Athenis, qua
illita, vel picta est braccatis Medis, vel Persis cum The-
mistocle pugnantibus; i. aliquid didicisti, vel aliquid
discere potuisti, & debuisti.

Sapiens porticus.) continens pro contento, vel
potius subiectum pro adjuncto positum, figura longe
non illisima. Intelligit autem porticum Stoicorum
Athenis, in qua döcebat Chrysippus. Sunt vero
brachæ vel braccæ, vestes fluxæ, intonæ, & varii col-
oris, quibus usi Persæ, Medi, Scythæ, & dimeti-
am Galli Narbonenses, unde Brachati, vel braccati
appellati sunt.

54. *Insonans, quibus & detonsa juventus Invigilat.*) Quibus (scilicet qua in Porticu illa docetur) detoni
illi Stoicorum juvenes, & discipuli expertes somni
nocte & die omni studio, & cura invigilat, & stu-
dendo incumbit. Legunt h̄c indetonsa. Sed notat

Turc-

Turnebus legendum esse, & detonsa: Erant enim
inquit Stoici tonsi ad cutem. Itaque Stoicus ^{τύπος}
^{xεργηστής} à Luciano per irrisiōnem appellatur. Et Iuve-
nal. Sat. 2, de iisdem:

Atque supercilium brevior comē.

55. *Siliquis, & grandi pasta polenta.*) Cui ob ni-
mum studium, vix somno quod corpus postulat
tempus concedant, & suum genium defraudantes
victu vili, grandi polenta, & siliquis pasti, contenti
vivunt: Quibus ipsis veribus, juvenibus illis suam
sommolentiam, socordiam, & delicias objectat, qui
aliis ob doctrinam, & sapientiam nihil non tentanti-
bus, ipsi nihil molestiarum, & laboris sustinere
velint.

Siliquis?) Sic Horat. vivit siliquis, & pane secundo,
id quod de leguminibus, vel fructu quodam vilis-
simō, quem Graci ^{νιότατα} vocant, intelligendum est.

56. *Et tibi que Samios diduxit littera ramos, Sur-
gentem.*) Nec via virtutis, modo eam velis intende-
re tibi ignota est: Nam littera illa Pythagoræ Samii,
qua duos ramos diduxit, in utrumque latus (y in-
telligit, quod ita pictum Y) monstravit tibi viam il-
lām, ostendit tibi dextro limite surgentem callem:
Vide de hac littera pulcherrimum illud Poëma quod
Virgilio attribuunt,

*Littera Pythagora discrimine secta bicornis,
Humane vita speciem präferre videtur:
Nam via virtutis dextrum peti ardua callem,
Difficilemq; aditum primo spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.*

Vide & Tabulam Cebetis, & Hesioudum. 1. Ieyan. Sec:

Samios ramos.) ob ejus literæ inventorem Pythagoram dixit, nam ille Samius fuit patre Demaratho natus. Pythagoras dictus à τιθονος ουρανοις.

Quòd Apolline Pythio non minus vera loqueretur.

57. *Surgentem.*) Nam dexter ille ramus, qui virtutis viam denotat, arduus, sublimis, & difficilis aſſurgit, & ſe attollit.

58. *Sieritis adhuc.*) At verò quām flagitiosa illa tuaſocordia, & ſomnolentia, tu cūm nullam habeas te excusandi rationem, cur humanaiora ſtudia neglexeris, his omnibus, quæ dixi neglectis, & poſthabitis, tuo veterno, ocio, & ſomno iſtud gelges adhuc & ſtertis.

59. *Laxumque caput compage ſoluta Oscitas heſternum diſſutis undique malis?*) Mira ſomnolenti, ignavi, ſocordis, heluonis deſcriptio. Tu tamen interea ſomnias, tuumque caput laxum, ad utrumque latus ſomnolentorum more dependeris, ſine nervis, quaſi ejus compagibus fractis, & ruptis, ſe non erigit, ſed heſternas commeffationes, & crapulas, malis, & buccis diſſutis, & fæde diſtortis, & diſtractis oſcitat.

Oſcitat heſternum.) Græciſimus, ut horrendum clamat: id eſt, ob heſternam crapulam, oſcitat.i.eſt ſupinum, torpidum, & ignavum.

60. *Eſt aliquid quòtendis, & in quod dirigis arcum?*) Itane ſemper oſcitabere, nunquam ne metam aliquā quò tendas, & ſcopum quò arcum dirigas, tibi proponas, nunquamne quid incipias, & quid facias conſiderabis? Admonitiō ſanè pulcherrima, & ſi que unquam alia, maximè ſalutaris; que juxta Flaccum monet, *Certum vero pere finem, & illud ibidem Incipe.*

Certè

Certè hæc unica cauſa eſt, quòd tam male vivitur, & multorum ſtudia exoptatum finem non ſortiuntur. Quòd nunquam ſcopum, vel metam ſibi proponunt. Veliſi maximè proponant, nunquam ad illam contendere ſeriò incipiunt. Quid verò mirum, te portum non attingere, quem nunquam tibi propofueris, nec metam vel ſcopum qui in veptum, & aëre arcum tuum ſemper direxeris. Aurea ſanè hæc, & cœlo delapſa monita, & oracula. *Hoc age, & Incipe, & quod queri ſoleſt Quò & Quàd?*

61. *An paſſim ſequeris corvor.*) An verò paſſim fluctuas, & paulo momento nullo portu tibi proposito, ceu vento huc & illuc agitabere, & impellere vel more puerorum aucupum, dubium, & incertum corvorum volatum oculis ſurſum ſublati conſideras, & illos teſtā, lapidibus, & luto inſequeris, ſecut̄, & parum ſollicitus, quò te pes ducat; tum corvorum volatus ſequaris, & vivis more diſſolutorum, extempore, & in diem? Talis eſt vita illorum, qui nulli certo vita generi, nulli ſtudio ſe peculiariiter applicant.

63. *Helleborum fruſtrā cūm iam cutis agra tuembit Poſcentes videas.*) Sed quid tandem tua hac ſomnolentiā, tua hac fluctuatione conſequeris? nōnanne hoc quod dici ſoleſt; ocio qui nescit uti, facit ſibi negotium, & homines nihil agendo male agere diſcūt? Scilicet nec opinantem in curabiles animi morbi, et vitia inſanabilia invadent.

Helleborum,) Similitudo deſumta à morbis corporeis, ubi ſi morbus invaluerit, & cutis agra largiter intumescere ceperit, fruſtrā medici open implor-

raveris, & Helleborum aliaque remedia poposceris, & adhibueris, cum jam actum sit, & conclamatū, & spes restituendā pristinæ sanitatis sit omnino nulla. Hellebori antiquitus plurimus usus fuit, ad levanda mentis, & capitum vitia. Vide proverbium,
Bibe Helleborum.

64. *Venienti occurrere morbo.*) Ut igitur in morbis corporis recte à Poëta Ovidio præcipitur:

Principijs obsta, sero medicina paratur.

Cura mala per longas invulneremorū.

Idem contra vitium, & animi morbos etiam atq; etiam tibi cavendum erit, ut in tempore iis obstes, ne ulcigerū iis indulgendo vitiorū habitum tibi contrahas, & de sanitate animi actum sit.

65. *Et quid opus Cratero magnos promittere montes?*) Et quid prodest medicos quantumvis excellentissimos, de sanitate restituendā magnifica multa tibi, & montes auri polliceri, ubi jam sis deploratæ, & desperatae valetudinis? Quod de corpore dicit, de animo accipe. Fuit autem Craterus medicus excellentissimus sub Augusto, de quo & Horatius lib.2. Sat.3.

Craterum dixisse putato Hic ager.

66. *Discite que omnes.*) Quare ô miseri juvenes, ô somnolenti, superbi, & vagi, ne his tot, & tantis ipsalis circumveniamini, discite aliquid, & animum honestis studiis contra tot ingruentia vita, & mala conformate, & confirmate, idque in tempore.

Et causas cognoscere rerum.) Discite ex naturali Philosophia rerum principia, atque adeò vosmetipos cognoscere.

67. *Quid*

67. *Quid sumus.*) Discite quid sitis, sc. homines mente & ratione prædicti, quod si recte consideraveritis, profectò vos pudebit, tanquam ab hominis excellentia degenerantes, vel instar stirpis trunci aut lapidis torpescere, & dormiendo vitam morti similem transfigere, vel instar bruti, nihil præter turpes & hominē indignas voluptates sectari.

Vel *Quid sumus?*) sc. homines brevis ævi, pulvis & umbra, quod ipsum te docebit tempori parcere, idq; rebus honestis impendere, & tanquam breve parçē dispensare, nec somno & inertia terere, & cum sis φόρμα καὶ οὐκέπονος superbiā illam flagitiosam tibi excusserit, qua honesta discore, & meliora monenti, obtemperare reculas. Et si ita accipias quodammodo illud Græcum imitatus censeri possit,

τι πολὺ δλασ, ἡ ποδατίς γεγόνειά της.

Στόχασται γράπαντος τὸ βετύκου νόσος,

Ἐπ τίνος λύτρα, καὶ τίς ἔτι, καὶ τίς πάλιν γίνεται.

Quid enim, obscuro, sumus, aut ex qua materia natu;
Conjecturam ex seipso fac, & vitam tuam considera.
Vnde natus, quisnam sis, & quis futurus denuo.

Aut quidnam vici vici gigimus?) i. quidnam, vel quamdiu vici vici nascamur, quām brevibus limitibus, & angustis omnino terminis nostra vita que στρατὸν χέονται, punctum temporis non immerito dicitur conclusa, & circumscripsa sit. Ut ita mortalitatē semper oculos vobis statuetis, quā probè consideratā, nec tempus unquam neglexeritis, nec puerilibus nugis, & inhonestis actionibus flagitiosè contriveritis.

Aut quidnam.) id est ad quidnam gigimus, quis

finis sit vita, & studiorū nostrorum: nempe ut Deo grata, & hominibus salutaria dicamus & faciamus, ut Plato ait.

68. *Ordo quis datus.*) scilicet vivendi. Quo ordine, ratione, modo vita cuiusque instituenda. Sed pauci hoc querunt, pauciores horunt.

Anus metu quam mollis flexus, & unde.) Id est qua ratione, & arte, sine multis molestiis mollieret in curriculo hoc vitæ humanæ cursum flectere, regere, & moderari queas, & cursum à principio ad finē bene & feliciter perducere. In circō ad metam quā inflectebatur curriculum flexus dicebatur, à Grēciis ~~xoutris~~. In lustranda autem currū metā, in ipsoque flexu maxima aurigandi industria erat, maximumque periculum imperitię, ut plerique frangerent rotam metæ impactam. Cum autem curriculum vita humanæ simile sit curriculo Circensi, per flexum metæ intelligit artem moderandæ, & regendæ vitæ humanae.

Quām mollis flexus.) quæ sit optima, & expeditissima ratio cursum illum flectendi & dirigendi.

Et unde.) Permanet in illa Allegoria de curriculum Circensi. Et unde flexus ille commodissimè, ex quo loco instituendus sit, ut ita metam, ut Horatius ait, *Fervidis rois evitemus*. Intelligit autem optimam rationem regendæ vitæ humanæ, ne in mala, & pericula imprudētia nostrā & imperitia nos cōcīciamus.

69. *Quis modus argento.*) inquirendo scilicet, & erogando sitponendus, ne more avarorum illi acumulando insomnes incumbamus, male & miserè interim viventes, nec more prodigorum inutiliter

con-

consumamus, & in homines malos profundamus, sed ut recte illud queramus, & usurpemus.

Quid fas optare.) Quæ fugienda quæ appetenda, quid à Deo peterefas, quid nefas. De hoc vide totam Satyram præcedentem.

70. *Quid asper utile nummus habet.*) i. Quis versus civitiarum usus, & abusus. Per asperum nummum, ut Turnebus intelligit, benè percussum, recentem, non veterem, neque tritum, & ipso usu lævem, fugientibus notis.

71. *Patria, carisq; propinquis Quantum elargiri deceat.*) Quid patriæ, parentibus, cognatis, viciniis, debebas. Horatius Sat. 2. lib. 2.

*Cureget indignus quisquam te divite, quare
Templa ruunt antiqua Deum, cur improbe care
Non aliquid patris tanto emetiris acervo?*

72. *Quem te Deus esse iussit, & humanā quā parte locatus es in re.*) i. Disce in quasorte, vel conditio-ne humanā providentiā sis collocatus, & constitutus, & quemcunque te Deus esse jusserit, tuam Spar-tam sedulō obire, & ornare studeas. De hāc re pul-cherrimè Divinus ille Epictetus, Enchir. cap. 23. *μέγιστος τονείτης ἡ διάπλος*, &c. *Actorem fabuleta-lis, qualis magistro Deo probata fuerit, te effemimento, si brevis brevis, si longa longe. Si mendicum agere te voluerit, fac eam quoque personam ingeniosè represen-tas, ita si claudum, si principem, si plebeium. Hoc enim inum est datam personam bene effingere, eam autem eli-gere alterius, nempe Dei.*

73. *Disce neque invideas: quod multa fidelia putes
In incomplete penit.*) Et denique discetua sorte con-

tentus vivere, non alii invidere, nec cupias quæ non capis, nec te commoveat, quod aliis superfit, tibi deficit. Sed quicquid Deus te esse voluerit, tibi concesserit, tibi negarit, æquo tibi, & forti animo tolerandū.

Neque invideas, &c.) quod in domibus & penu Jurisconsultorum, & patronorum multæ fidelia, multa vasa, aurea & argentea putent, & sc̄eant, donata à pinguis illis, & obesis Vmbris, in judicio defensis. Sic Catul. Epig. 37. *Aut pinguis Umber, &c.*

Puet.) quia ob copiam, & quia raro vasa illa tota exhaustiuntur, cibus & potus in illis corrumpitur, & sc̄tere incipit, & putere.

75. *Et piper, & perna Marſi monumenta clientis, Menagj.*) Et quod in illorum penu, & cibario, conditum piper, & optimæ pernæ, & Mænæ Marſi clientis, & consultoris monumenta & donaria, nunquam deficiant. Est autem *Mena* piscis marinus, Latinis Alecula.

76. *Quod primi nondum defecerit Orcā.*) Quod denique illorum pernaria cella, nondum caruerit, & defecerit primario illo pisce orca. Est orca genus belluarum marinæ balenæ insestum, de quâ vide Plin. lib. 9. cap. 6.

77. *Hic aliquis de genere hircosa Centurionum Dicū, &c.)* Religio det jam Persius objectioni centurionū, & nobiliū. Hic verò aliquis putidorsū illorū Centurionum, impatiens hujus meæ libertatis, & seria admonitionis respondeat mihi, & dicat, &c. Hircosi autem Centuriones hoc loco, rustici olidi, & omnis nitoris expertes. Et Hircosi, qui hircum olenit, & quorum aliae fecundum spirant odorem.

78. *Quod*

78. *Quod satis est sapto mihi.*) scilicet ut tuis his monitis mihi non opus sit.

79. *Hand ego curio esse quod Arcesillas, &c.)* i. tua præcepta irrideo, & flocci facio. Non enim unquam Arcesilao, aut Soloni & reliquis miseris, & ærumnophilosophis similis esse desideravi. Fuit autem Arcesillas, vel Arcesilaus ex Pitane civitate Aeolicâ oriundus, Polemonis discipulus, & Crantoris, qui primus Academiam invexit Ignorantiae magister à Læcantio appellatus, quod nihil omanino sciri afferuerit. Vide Diog. Laërt.

Ærumsnofig, Solones.) Quia temperanter, & sapere parciter, & durè vivunt, & animo quidem seria, & gravia, meditantur, animamque tantum, & ad animalium spectantia, curant, ideo à luxuriosis illis nebulonibus ærumnosi vocantur, Quorum tamen vita omnium jucundaissima.

80. *Obſtipo capite, &c.)* i. qui rigidis collis, & in humerum capite inclinato, & oculis in terram fixis, cogitabundi incedunt. Cicero,

Obſtipum caput, & tereti cervicere reflexum.

Figenies lamine terram.) Hypallage. Dicimus enim, Figit humo plantam, &c.

81. *Murmura cum fecū, & rabiosæ silentia rodunt.*) Cum canum mordacium, & rabidorum more, soli secum, nescio quid secreti murmurant, & dentibus rabiosæ silentia infrendunt.

82. *Atque exporrecto trutinantur verba labello, Aegroti veteris, &c.)* Qui exporrectis labris, & inflatis buccis verba curiosè trutinant, & ponderat, aegroti illius, & insani Democriti, aut alius veteris

Philosophi nugas, somnia, & figmenta meditantes. Ita ictilicet rude, & rudens vulgus de Doctis judicat. Sed quid mirum cæcos male de coloribus judicare, & speculum, quo nec uti potest, nec quod ipsi usui non desiderare?

84. Gigni de nihil nihil, in nihilum nil posse rever-zi.) Hoc Physicum Axioma, aliquoties à Lucretio iisdem fere verbis usurpatum.

Hoc est quod palles.) Has & consimiles nugas, & deliria quæ nec scire juvat, nec prodest, tu tanto stupore admiraris, tanto studio adfectas, ut inde pallorem tibi contraxeris, impransus, & incoenatus illis næniis invigiles. Quæ verò stulta hæc, & insana dementia.

85. His populus rideret, multumque torosa juvenus Ingeminat, &c.) Et quid de ærumnosis illis homunculis eorumq; studiis statuendum sit hinc colligere promptum, quod populus illos deridet, & trostuli nostri, & delicati nobiles, & equites Romanii, distortis naribus irrident. Sed nunquid hoc satiis est, à vulgo irriteri? Profectò malè sentit qui cum multititudine sentit. & verissimum $\tau\alpha\tau\sigma\pi\omega\lambda\sigma\tau\sigma\pi\omega\lambda\sigma\tau\sigma$: Et scitè Diogenes Cynicus interrogatus cur cōtrario cursu contra obviam multititudinem tanto studio niteretur, respondit, *Totam ea vita hoc facere studui.*

87. Tremulos cæcinos.) Aptum Epitheton, quod quisque intelligit, ubi ridentem quempiam audierit. *Ingeminat*, id est frequenter, & crebrò rideret,

Naso crissante.) Vultus ridentis habitus exprimitur.

Mul-

Multumq; torosa, &c.) Confirmat hoc illam Philosophi Beroaldi de Trostulis explicationem, de qua Satyra 1.

86. Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus, &c.)

Hucusque verba illa calumniatoris, contra Philosophos, & humaniorum literarum studia. Respondet jam Persius, Concedam jam tibi omnia hæc, vitam Philosophorum esse laboriosam, & ab inidœcto vulgo & pessimis nebulonibus extremo haberit ludibrio. Sed impure, & hircose Centurio age audi nunc contrà, & responde, an propterea literarum studia abicienda sint, quod laboriosè acquirantur, & indoctorum ludibrio sint exposita? An non potius eo impendio magis appetenda, cum nil nisi bonum, & perfectum labore acquiratur, & nil nisi bona, & honesta passim à vulgo contemnuntur. Et verò cui prodes hac tua flagitiosa literarum negligentia, cui non potius noces? & cui, nisi tibi ipsi, & tu similibus? Ac proin de omnino similis es ægroto, qui accersens medicū, venæ pulsū inspicere jubeat, eumque in consilium adhibet, & bene consulenti tamen morem non gerit. Et ita paullatim aggravante morbo extinguitur suā culpā, non medici: Sic tu eodem modo, medicis animæ Philosophis, & eorum consilio Philosophæ præceptis contempto, in infamiam, dedecus omnis generis vitia, adeoque ipsum animi exitum incides.

Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus.) Verba sunt ægroti, cum quo Centurionem illum Philosophiae calumniatorem comparat. Qui dicit sic medico: *Quælo te ô medice inspicere, & explora pulsū*

venæ, quid nam fibi velit hæc cordis, & pectoris trepidatio.

89. *Etagris Faucibus exuperat gravis balitus.*) Et gravis ille, & difficilis oris anhelitus nimis copiosus exuperat fauicibus & abundat, vel ut alii graviter, & ægrè exsudat è fauicibus. Hæc omnia gravis morbi *ovariolæ*, & indicia. Legem dū autem exuperat, non exuberat. lege verius. Nam ubi producitur.

90. *Inspice fodes Qui dicit medico.*) Qui talibus & consimilibus verbis medicus compellat, inspicere fodes, & mihi consule, remedium mihi adhibe, vicius rationem præscribe.

In suis requiescere.) Ibi à Medico, qui morbi causa in agata febrim aliquam tertianam metuit, jubetur requiescere à certis cibis, potu, vino, & balneis, & aliis abstinere in quartum usque diem.

91. *Tertia compositas videt nocte currere venas.*) Quid autem fit? ubi intemperans ille ægrotus tertiani, illa nocte, quâ paroxysmum metuebat, melius aliquantulum se habere, & venas ritè magis, & compositè salire, & currere intellexit.

Tertia nox videt. } More, & figura Poëticæ.

92. *De maiore domo modice sitiente lagenâ Leni loturo, s. f. r.*) Ibi verò quasi omni mœrbo jam profligato oblitus medici ejusq; cōsiliorum, viñum Surrentinum tanquam mitius, & lenius, è domo maiore alicuius divitis, lagenâ capaciori fibi exhiberi rogavit, jam ad balneum properanti.

Modice sitiens.) i. quæ quia mediocriter sitit; plus etiam aliquantulum capit, & pro capaciori ponitur.

93. *Surrentina.*) Surrentum, unde illa vina, est Campaniæ oppidum, à Græcis conditum.

94. *Hens bone, tu palles.*) Verba Medicis: Ibi verò intervenit Medicus, & ipsum secus, acjussus erat agere deprehendit: & compellat eum: *Hens bone,* quid agis tu? tu cùm adeò lis pallidus, & ægrum te nondum omnino febris teliquerit, balnea, & vina adhibes?

Nihil est.) Respondet ægrotus. Nihil est periculi: ego sum neque ægrotus, neque pallidus.

95. *Videas tamen istud Quicquid id est tacite surgit tibi lutea pellis?*) Respondet Medicus: Tu nihil esse dicas; tamen hoc quicquid est, quæso videas, & consideres; quid fibi velit quod tacite, sensim, & paullatim lutea illa, & flava pellis tibi surgat, corpùsq; tuum sensim intumescat. Sunt autem hydropisæ indicia:

96. *At tu deterius palles.*) Verba irati, & stomachantis ægroti. Apagesis Medicorum molestissime, cum verbis tuis adeò acerbis: Tu longè deterius palles; Quare te ipsum cura, mihi molestus nē sis, nec tutor esse, si sapis, cupias, nisi idem quod ante te a lius quispiam expertus est, experiri velis.

97. *Iam dandum hunc sepell, tu restas, perge.*) Ille quia vina, balnea, venerem, & alias voluptates mihi invidiebat, à me sepultus, tu restas, ut & te sepeliam, quare perge mihi molestus esse, idem brevitibicontinget.

Tacebo.) Verbum Medici minis & jurgiis deterriti. Ego verò tacebo, & abeo, Nam quid hæc ages, ubi si quid bene præcipias, nemo est qui obtemperet. Tu verò perge ita.

98. *Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur.*
Quid verò interea facit ægrotus? ille verò Medic
salutari consilio subter habitō, turgens epulis & ven-
tre oppleto, albo, id est pallido, & luteo balneum
intrat, & lavatur. Sic Horat. *crudi, tumidig, lavamur.*

Albo ventre; id est pallido. In quā significatio-
ne aliquoties superius habuimus 1. & 2. Sat. & Hor-
atius eodem sensu usurpat, Sat. 2. lib. 2. *Pinguem vitium,*
albumq.

99. *Guttare Sulphureas lense exhalante Mephites.*
Cum interea guttur ejus lentè, & ægrè exhalet, &
exspiret Sulphureas Mephites, graves, tetrod odores,
& anhelitus; Signa ingrētis morbi; & mortis. Est
autem propriè Mephitis terræ putor, ex aquis maxi-
mè sulphuratis, & corruptis proveniens, unde hoc
loco Sulphurea dicitur. Virg. 7. Aen.

Seruumque exhalat opaca Mephitum.
Lentè; quia difficulter, & graviter spirat, quippe
jam *dixitavus.*

100. *Sed tremor inter vina subit, calidumque trici-
tem Excudit è manibus.* Ibi verò inter vina inse-
quuntur trepidatio, & subit horror, & tremor manus ejus
invadens calidum tricitem, vel calicem manibus e-
jus excudit, & dentium tremor, & stridor ingruit, &
delicati cibi, & uncta pulmentaria nondum digesta,
vomitu laxis labris & ore ejicit; Et ita denūm frigi-
da mors eum invadit.

Inter vina.) interea, dum viñō bibēndo adhuc
occupatur.

Subit.) ingruit, eum corripit, & invadit.

Tricitem calidum.) Viñō calido plenum. Triens
era

erat poculi genus continēs cyathos quatuor, vel ge-
nus vasis, tertiam partem Sextarii capiens. Juven. Sat.
3. *Non habet infelix quem porrigit ore tricitem.*

101. *Dentes crepere relecti.*) scilicet labiis, more
vehementibus febribus correptorum.

102. *Uncta cadunt pulmentaria.*) Pulmentarium
propriè puls, vel cibus in modum pultis factus, qua-
lē ille crudus, & indigestus cibus, qui pinguis, &
unctus per vomitum ejicitur formam refert.

Laxis labris.) i. ore, vel labris pendulis, imbel-
libus, enervatis, languidis.

103. *Hinc tuba, candela, tandemque beatulus alto
Compositus, &c.*) Hinc paullo post praeuentibus si-
ticinibus cum tubis, & candelis, vel facibus rigidum
funus ad rogum educitur. Et tādem, vel paullo post,
bellus ille, delicatus, & beatulus Centurio alto, &
sublimi lecto componitur, &c. Est autem hoc loco
bezegor webrepor.

104. *(Graffisq; litatus amomis.)* Exprimitur Ro-
manorum ritus ille curandi, condendi, & educendi
funus, id est preciosiss unguentis perfunditur, & o-
odoratis herbis conditur. Est autem Amomum fru-
tex ex ligno se convolvens in racemi modum, flore
parvo, ceu candidæ violæ, foliis vitis albæ similibus.

Litatus.) curiose, & exactè ritibus illis quasi Deus
curatus. Turnebus legit tutatus.

105. *In portam rigidos calces extendit.*) id est ge-
lidos pedes portam versus extenit. Nam extra ur-
bem in pedes efferebantur, urebantur, & sepeli-
bantur.

At illū Hesterni capite induito subiere Quirites.) Et

sic illum qui paullò antè minitabundus medicum suum sepelire volebat, servi capite induito, & tristis, & lugubrium more velato subeunt, & ad rogum efferunt. Sic & qui Medicos animi Philosophos contemnunt, in infanabilia animi vitia incident, & animi tandem interitum.

106. *Hesterni Quirites.*) id est servi libertini qui hesterno diē vel paullò antè à defuncto libertate, & pileo donati & manumissi erant; quasi dicat, admodum novi cives Romani.

(Capite induito.) Ut quidam interpretantur. Quia manumissi ante manumissoris corpus pileati incepcebant.

107. *Tange miser venas, &c.*) Objectio petulantis alicujus adolescentis. Tu ô Persi odiosam hanc tuam cantilenam morbidis, & ægrotis occine, non mihi, qui adhuc sum vegeto, & valido corpore. Quod si miser id credere recusas, quæso tange venas, & in pectus meum dextram tuam conjice, & pulsus cordis explorata, & num aliquo supernaturali calore affectus sim, ex venarum contactu conifice. Quod de morbis corporis dixit, ad animi morbos transferit. Nullo enim se enormi vitio adhuc correptum sentit, ut philosophorum illa medicinæ, & præceptis ipsius opus sit. Sed quâm sensim, & tacite vitia se in hominem animos insinuent, in dicat Horatius,

Nemo repente fuit turpisimus, accipiens totum Paullatum vitium.

Tange miser venas.) an febrili aliquo calore detinear.

Et pone in pectore dextram:) An justo vehementius

tius cor mihi saliat.

108. *Nil caler hic.*) Nullum calorem, vel in venis, vel in pectore deprehendas.

Summoq[ue] pedes attinge, manusq[ue].) Non frigescit Extremas enim illas partes omnium primò frigus invadit. Ac proinde nulla Medicorum ope indigeo. Hoc est usq[ue] ad eum recte animo sum compositus, ut nulla omnino in me vitia deprehendantur. Quare virtutis, & turpibus nebulonibus tua illa præcepta præscribe non mihi.

109. *Visa est si forte pecunia.*) Responsio Poetæ. At quâm diu præclara hæc tua virtus, & hæc tua constantia, & animi perfectio, quam ita jactas & extollis, durat? Nempe quâm diu nulla tibi occasio, interiora illa tua vitia exferendi offertur. At verò si forte pecunia à te conspiciatur, vel virgo quædam pulchrior blandiūs, & molliūs tibi arriserit; ibi verò interiora illa tua vitia avaritia, & libido omnis honestatis, & pudoris claustris interruptis, cumulatissimè prorumpunt.

110. *Visa est si forte pecunia, &c.*) Cor tibi ritè salit? At cùm amore pecuniae ferves, & amore pueræ formosæ dulciūs rideñis captus es, ecquid tum etiā cor tibi ritè salit, ecquid tum venæ tuæ rectè micant? Ibi verò videre est, quot enormia vitia, monstra, & Syrtes, in pectore tuo tanquam in abditissimâ Sylvâ latitent. Ergo *Cor tibi ritè salit?* per interrogationem rectissimè legitur.

112. *Positum est algente carino Durum olim.*) Nec solum tibi,

Fervet avaritia, turpissima libidine peccus; ut Horatius inquit.

Verùm etiam cuppes es, & delicatus mollisque liguritor, & si tibi plebeiae, & parabiles apponantur, pulæ, ulceræ faucium prætendis, & excusatione valetudinis tuæ uteris, & interea nullo interno animi vitio te laborare jactas. Sitibi sit appositum in patinâ, vel catino plebeio, & algente, durum, & tenuis olus, & farina decussa, vel cibrata populari cibro, hoc est plebeius, & cibariⁱ panis, vel alii cibi viliores.

113. Tentemus fauces, tenero later hulcus in ore.) i. Tunc tuas fauces tentemus, sisne adeò frugalis, & temperans, ut jactas, ut vili illo, & simplici cibo contentus sis. Ibi verò in tenero illo tuo, & delicato ore putre hulcus est, quod simulando prætendis, & gravi morbo vexaris, qui nequaquam vulgari betâ, & insipido, & vili cibo, & pane plebeio, de populi annona, vel fiscali radendus, & tentantus sit.

Tentemus fauces.) Alii hoc interpretantur de instrumento quod ~~medicis~~ Medici vocant, quo immisso per fauces internū hulcus explorant, & ~~undam~~ ad hunc modū explorare. Radere, offendere, & fatigare.

115. Alges cum excusit membris timor albus aristas.) Præterea ubi fortitudo tua, & magnanimitas cum sis adeò pusillanimis, timidus, & pavidus, ut tibi inhorefiant stantes capilli. Etenim cum timor albus tibi membris stantes aristas, vel pilos capitis excusit, alges, trepidas, & toto corpore contremiscis.

Timor albus.) ideo dicitur quod timor homines consternatos albos reddit, & ratio est, qui cum cor præ formidine laboret, sanguis tanquam ei subvenitur interiora petit, unde pallor, & albedo; quæ & ratio, cur timentes algeant, & trepident.

e Ari.

Aristas.) pro piliscapitis posuit, quod notandum, ea ratione quod velut aristæ aculeos, & spinas erigunt, ita etiam in timore capilli capitis ergantur.

116. Nunc face supposita fervescit sanguis, & ira Scintillant oculi.) Nec solum avaritiâ, libidine, & timore, vel metu laboras, verùm etiam irâ. Nam interdum sanguis bilo suffusus, & irâ non secus, ac si ignis esset suppositus tibi fervescit, incenditur, & inflammatur, ut præ nimia iracundia oculi tibi scintillent. Egregia insanientis iræ descriptio.

117. Dicisque facis que quod ipse Non sanie esse hominis, non sanus juret Orestes.) Ibi verò cum ita irâ, & furore agitaris, videre es, illa dicere, illa facere, unde vel inlipientes te nihil sapere, vel insanii te insanum esse, vel furiosi denique, te de mente, & sanitate rationis esse deturbatum, judicare possint : Ut hâc ratione non sit, cur te ægrotum, & vitiosum neges, cum non vno sed compluribus vitiis detinearis, avaritiâ, libidine, mollitiâ, ignaviâ, timore, irâ, & furore.

118. Non sanus juret Orestes.) Nota historia de Oreste, qui Agamemnonis & Clytemnestra filius, patrem suum à matre, & Aegistho adultero, dolis occisum, ulciscens, interfactorem patris Aegisthum adulterum, cum propriâ matre Clytemnestra occidit. Quo nomine postea furiis matris ipsi immisis, insanus, & furiosus redditus. De hac re vide Euripi- dem Oreste.

SATYRA IIII.

^{hac.}

*Em populi tractas barbarum hoc cre-
de magistrum*

^{* hac. Di-}

*Dicere, soribus iollit quem dira cincta.
Quo frer? & * dic hoc magni pupille Pericli.*

*Scilicet ingentum, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit: dicenda, racendaque calles?
Ergo ubi commota ferret plebecula bile,*

*Fert animus calida fecisse silentia turba
Majestate manus: Quia deinde loquere? Quirites
Hoc puto non justum est, illud male, redditis istud.*

Sic erenam justum gemina suspendere lance 10

^{verum} *Ancipitis libre, & rectum discernis, ubi siner-
discernis. Curva subit; vel cum fallit pede regula varo;
Et potis es nigrum vitio presigere theta.*

*Quanta igitur summa ne quisquam pelle decorus
Ante diem blando candam jactare popello* 15

*Despis? Anticyras melior sorbere meracas?
Quae tibi summa bonie, & suntia vixisse patella
Semper, & asiduo curata cuticula Sole.*

*Expecta, baulalind respoudear bac anus. I nunc:
Dinomaches ego sum: suffla: sum cädidus. Esto,* 20

<sup>* Pannu-
cea, pan-
nica.</sup> *Dum ne deterius sapiat * pannucia Bancis.*

Cum bene discimbo capta verit? ocymera.

<sup>** Ozyma
nervo.
ozyma.</sup> *Ut nemo infese tentat descendere nemo!*

*Sed * praecedem? spectatur manica tergo?*

<sup>* prae-
dantis.</sup> *Quaeferis: Nofin? Vecidl pradia? Cujus?* 25

^{** Veridis.} *Dives arat Curibus, quantum non milibus obrebet.*

Ventidi. Hunc ait? Hunc Dysis ratis, Genioque sinistro;

Qui, quandoque jugum pertusa ad compita figit;

Seri-

A. PERS. SAT. IIII.

151

*Seriola * veteris meeuens deradere limum* * veterem.

Ingerit, hoc bene sit: tunicatu cum sale mordes 30

Cape, & farraram pueris plaudentibus tollam, ^{|| offam.}

Panno jam fecem morientis sorbet aceti.

*At si unctus cesses, & * figas in cute Solem,* <sup>* frigas.
fricas.</sup>

Est prope te ignotus, cubito qui tangat, & acre

Defuat in mores, penemq; arcanaque lumbi 35

Runcantem, populo warcentes pandere vulvas.

I Tu cum maxillis balanatum gansape peetas, ^{Tunc eu.}

Inguinibus quare detonsus I gurgulio exstas?* ^{* detonsis.}

Quinque palestritalicet hac plantaria vellant, <sup>¶ Circu-
lio.</sup>

Elixasque nates labefactent I forcipe aduncâ: 40. ^{* forpice.}

Non tamen ista felix, ullò mansuecit arairâ.

Cadimus, inq; vicem probemus crura sagittis.

Vivitur hoc pacto; sic novimus: ilia subter

Cecum valvus habes, sed lato balteus auro

Protegit. Ut mavis, da verba, & decipe nervos 45.

Si potes. Egregium cum me vicinia dicat,

Non credam? Vijo si palles, improbe, nsemmo,

Si facis, in penem quicquid tibi venit amarum,

Si putcas multa caurus vibice flagellas,

Ne quisquam populo bibular donaveris aures. 50.

I Respus, quod non es; tollat suam unera cerdo: ^{* Respice.}

*Tecu habita, * & noris quam sit tibi curta supplex.* ^{* ut noris.}

C O M M E N T A R I V S.

HAc Satyrâ quartâ taxat, & vituperat Persius sub personâ Socratis. Neronem Imperatorem, sub personâ Alcibiadis Periclis pupilli. Quod nec ætate, nec virtute, nec auctoritate, nec denique ullâ civili

prudentiā instructus, Reip. gubernationem fuscipere, & nēcīo quam sapientiam venditare, quo rigore justiciam administrare non vereatur: Qui largitionibus populo corrupto, ad Imperium pervenerit; qui ob nobilitatem generis fastu plenus, de vero Summo dono nihil magis capiat quām vetula aliqua, & delira anus. Postea etiam in pravos illorum hominū mores invehitur, qui aliorum vitia tantum reprehēdere norunt, ipsi nunquam in se descendentes, scidi, libidinosi, & hiatitiosi, & qui iustē, ab aliis rursus virtuērentur; qui ipsi vitia sua omnibus modis tegere student, & non suam conscientiam, sed famam, & rumorem populi de se morentur, ipsi interim in se, avari, lascivi, & fāneratores acerbissimi, & qui longè melius ex semetipsis, quām ex aliis cognoscantur.

1. *Rem populis tractas.*) Satyrā hac Platonis Alcibiaden imitata, principio introducit Socratem objurgantem Alcibiaden, quōd juvenis, & imperitus Reip. gubernationem fuscipiat. Nam metu Nero-nem apertē nominare non ausus est. Quāso o magni illius Pericli pupille, Alcibiades, hoc mihi dicere ne graveris, tūne Rem populis tractas? tūne Reipublicæ gubernacula capessis: tūne civitatis, & omnis populi curam, & administrationem fuscipis? Quāso quā unquam re fretus, quā fronte, quō pudore dicam, an impudentiā, rem talem, & tantam in te fuscipis?

2. *Barbarum hac crede magistrum Dicere sorbitio tellur quem dira cicutæ.*) Parenthesi includi possunt. Pata lāc, dicere, gravem illum morum, & honestæ disciplinæ magistrum Socratem, quem dirus ille ci-

T I N P E R S . S A T . I I I I . 153
cutæ haustus ē medio sustulit. Quomodo autem Socrates ille vel Apollinis oraculo sapientissimus, ab Anyto, & Melito, Aristophane, & aliis calumniatoribus, quasi de Diis male sentiret, Deos Atheniensium irridet, unum D E U M colendū affereret, & juventutem corrumperet, accusatus & tandem damnatus judicū suffragio cicutam bibens, extinctus sit, satis notum, & ex Platonis Apologia perspicuum.

Barbarum.) Socratem non ita formoso corporis habitu fuisse constat, unde te illum Physiognomicus qui ingenium non noverat, obscenum, & libidinosum esse conjectit. Duas uxores Xantippen, & Myrtonem uno tempore habuissē fertur, quæ cūm crebō inter se jurgarent, & Socrates, illas solitus esset deridere, quōd propter se feedissimum hominem simis naribus, hispida barba, recalva fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, novissimè verterunt in eum impetum, & malē mulctatum fugientēque diu perfecutæ sunt.

Dicere.) scilicet Alcibiadi. Nam ut apud Platonem in Alcibiade primo videre est, sub persona Alcibiadis humanæ naturæ vitia, eorumque remedia proponit; vitia scilicet negligentiam, ignorantiam, arrogantiā; Remedia verò curam nostri, & seriam cognitionem. Ut autem dictum est sub Socratis, & Alcibiadis persona, eos qui rerum humanarum imperiti, temerē ad gerendum magistratum se ingerrunt; imprimis autem Neronem qui juvenis per seclus imperium occupaverat, imperio ineptissimus, taxat, & reprehendit.

3. *Magni pupille Pericli.*) Id est Alcibiades, ille enim Pericli pupillus fuit, Atheniensium imperator summus, qui forma corporis præcipius, summis naturæ ingenii dotibus egregie exornatus, & omnibus rebus aptus fuit. Rursus tanto virtutum agmine deformatus, ut si virtutibus penes, meriti addubitcs, laudem ean vituperio dignior sit.

Periclis.) Pericles Atheniensium urbis gubernator summus Remp. 40, annis cum laude admiratur maxima, quo nomine hic magnus appellatur,

4. *Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox, &c.*) Possunt hæc cum, & sine interrogatione legi, si sine interrogatione, est amara Ironia. Scilicet tu fretus accurato illo tuo ingenio, & multarum insignium rerum multiplici experienciâ, & prudentiâ illa, quæ tibi velox, & præcox, antequam lanugo, & pili erumpant, vel ante pubertatem contigit, & novisti quid dicere, quid facere, quid tacere, quid omittere debebas, ut nulla omnino virtus illarum quæ in summo, & perfecto, & omnibus numeris ad amissim absoluto imperatore requiruntur, desideretur! Profectò raro illud Homeri fæsellit dicentis *προτερίας μετέρης διάνοιας ποτὲ.* Iuniorum esse levia consilia virorum, & præcoxi sapientia ingenia raro vitalia, raro frugit: unde non male dictum ab Apuleio, *Odi pueros præcoxi sapientia.*

Velox.) Quia solito citius, & celerius, quam aliis, illi contigerit.

5. *Ante pilos.*) id est ante barbam, quod barbatuſille, & sapientissimus Socrates ei objicit. Vide proverbium ante barbam doceſenēs.

6. *Ergo ubi commota ferunt plebecula bile, etc.*) Quare quia

re quia omnibus imperatoriis virtutibus es instru-ctissimus. Vbi forte seditione coortâ, vilis plebecula bilis commota, ira, furore grassatur, & furit, ardet, & inflammatur, & animus tuus tanti imperatoris cupit, & desiderat, sua auctoritate, & maiestate manus, ferventi, & irâ inflammata turbæ silentium imperare, dictis regere, animos mulcere, placare, & mitigare; Age nunquid non tunc *ἄγχη ἀνδρεῖα δέσμων?* quid tunc loquacis, qua oratione, qua eloquentia illos ad sanitatem, & quietem à furore, & commotione revocabis?

Bile.) Bilis pro ira ponitur, & biliosi, iracundi.

Fervet.) Furit animis ignobile vulgus. Fert, ve quia ira homines quasi inflamat, unde plebecula illa irata, sequenti versu, calida turba appellatur.

8. *Quirites.*) *Hoc puto non justum est, illud male, rectius istud.*) Hec verba Socratis Alcibiadi, vel potius Persius Neroni attribuit, inpta, ridicula, & puerilia. O Quirites, vel Romani, ita furere, & grassari non existimo esse justum, sed malum, & rectius ab ea si nō di seditionibus desistere.

10. *Scis etenim justum gemina suspendere lance.*) Egregiam verò, & admirandam orationem, & tam perfecto, & absoluto imperatore condigna. Scilicet hinc cuivis colligere promptum, te non exigua cognitione, & prudentia esse instructum, qui possit justum ab injusto, adeò exactè discernere, ut in gemina lance ancipitis libri appendisse, & in statera examinasse videaris; qui polsit rectum à pravo adeò exactissime dignoscere, & discernere, etiam quod difficillimum est, cum inter curva subit, & latet. Quin etiam si regulavara, & prava tibi in manum detur, quæ quod

quod rectum est mentiatur curvum, & pravum, per te tamen, rectum intelligere poteris, & vitiosam regulam coarguere. Est vehemens, & amara Ironia.

Geminā suspendere lance.) Sic naso suspendere dicimus.

12. *Subit,*) id est se curvis inserit, inter curva se abscondit, quæ speciem ejus obscurant, & pari vicio pravitateque deformant.

Varo.) Varus dicitur cui pedes introrsum, vel cui crura obtorta sunt.

13. *Et potes es nigrum vītio p̄fīgērē theta.)* Quin insuper etiam vitiosos homines, & scelere aliquo famulos tuo iudicio tam justo, & acris, potes condēnare, & iis mortiferum signum o p̄fīgērē. Hoc est pro arbitrio tuo quemlibet reum, vel absolvere, vel condemnare potes.

Nigrum Theta.) id est infaustum, & mortiferum; nam o erat litera condemnatoria, quæ p̄cipiebat ~~avarū~~. Quemadmodum & etiam infausta erat nota, & alicui p̄fixa laqueum mandabat; nam si recte, & ita quidem i scribatur, laqueum refert. Vnde Mart.

Noſti mortiferum Pratoris Caſtrice ſignum.

Eſt opeſa p̄cīcīum deſcēre Theta noīum.

Et Ausonius in Magistrum Eunum hominē turpisimum, cui laqueum, & mortem optat:

Mijelle doctōr i tibi ſit obſcāno,

Tuumq; nōmen o ſectili ſignet.

14. *Quin tu i gīrū ſummā nequicquā pelle decorūs.)* Verūm o Alcibiades, vel potiūs Nérō, cūm ſis imperio ineptissimus, & rerum humanarum imperitus & ignarus; define tandem, define maliſ artibus ad Rei-

pub.

pub. gubernationem aspirare, define ſummā illā pelle, & triūphali veste ornatus populi oculos perſtrinere, & in fraudem, & errorem inducere, define populo ante diem ab blandiri, & adulari, & largitionibus plebem corrumpere, & tibi imperium quārere.

Summā pelle.) pro veste triumphali, & alio extero ornatu dixit, quibus ambitiosi illi candidati incedebant.

Nequicquam.) i fruſtrā, vel quōd indignus fit ea veste, vel quōd illam veste ante diem gerat, vel quōd repulſam fit paſſurus.

15. *Blando popello,*) quem largitionibus, criminē ambitus reus, corrupſi.

Candam jaſtare,) populo more canum adulari.

16. *Anticyras melior ſorbere meracas.)* Cūm tantum abſit, ut in te aliquid ſalīs, ſapientiæ, vel Prudentiæ Civilis deprehendatur, ut etiam parum ſanæ mentis ſis, & longè aptior, melior, & dignior ſis, qui Anticyras naviget, & meracis veratri potionibus purgetur.

Melior,) dignior, aptior, &c. Melior ſorbere, Gr̄cismus Persio uifatissimus, pro dignior qui ſorbeat.

Anticyras meracas.) pro Elleboro meraco. Inſula nomen Elleboro tribuit, idque Gr̄corum exemplo, qui Sesamoides, quōd est Elleborus albus, *Arymugnō* voçant. Horatius,

Expulit Ellebōrō morbum, bilémque meraco.

Nam ſuprà Anticyram montes petroſi fuere, in quibus copioſe provenit Elleborum, vel veratrum. Vide Proverbium, Naviget Anticyram.

Meracas.) Idem quod meras, puras, ſolas, non a-

liis

luis confixatas.

17. *Quæ tibi summa boni?*) Nam vel hinc bestiæ lis tuus stupor, insania, turpitudo, & ignorantia apparet, quod de summo bono interrogatus, quodnam aut quale tibi proponas, ultra, & supra deliram anum, bestiam, aut brutum nihil animo concipere, & complecti potes.

Vñcta vixisse patella Semper, & assiduo curata cuticula Sole.) Quid enim aliud respondes, nisi nihil tibi prius, nihil antiquius in hac vitâ unquam posse contingere, nisi unctâ patellâ vivere, opime, & laute exstructâ mensâ omnis generis edulius, & latitius vicitare, & otio indulgendo, totâ die se in sole apicari? & cuticulam probè curare?

Vñcta patellâ,) pro mensa opima, lauta, & epulis lautiissimis exornata.

18. *Assiduo curata cuticula Sole.*) Antiqui in ageris gaudebant, & Sole cutem curare solebat, quod Medici *hæc non*, quasi dicas, in solationem vocant, & in generib. remediiorū numerant. Id quod & Gracis usitatum ut ex Aristophane videre, quia it *άλεφαμ τὸ Καρπον την πέπτωσιν τοῦ Ηλίου*.

19. *Exspecta: bandalius respondeat hæc annis.*) Egregium verò Imperatorem, qui clavum Reipub. tenere, & communē salutem promovere desideret, de propria salute interrogatus, nihil magis sapiat, quæ delira annis, & stolidavetula. Exspecta enim: hæc profectò de summo bono interrogata nihil aliud quæ belluinanam & Epicuream voluptatem responderit. Quantæ verò stultitia, quanta absurdæ, te velle sapi entibus

I N P R S. S A T. I I I I. 159
entibus & cordatis viris imperare, qui plus anu. aliqua delirani nihil sapias? nihil melius animo concipias?

20. *In nunc: Dinomaches ego sum, suffla, sum candens.*) In nunc belle, & præclare imperator, Alcibades, & nobilitatem tuam jaæta, dic te Clinæ, & Dinomaches esse filium, talibus, & tantis majoribus ortum, ob divitias, & fortunam turgidus, & inflatus superbi, & efferre vultus elegantiam, corporis candorem, & pulchritudinem ostenta, & vendita.

Esto.) Ego profectò omnia illa vera esse concedo, nobilitate generis, divitiis, pulchritudine, neminem te esse superiorē, nemineñ tibi parem, nihil horum tibi invideo;

Dum ne deterius sapiat pannacia Baucis.) Id dummodo interea sis aureum mancipium, & nihil in te prudentia insit, nec quælibet etiam olearia muliercula pannosa, vetula, & decrepita anus, quæ vilissimis servis maledicta ingerit, te deterius sapiat.

21. *Pannacia Baucis.*) Crassis pannis vestita, teste rugosâ, multis conglebatâ, & conglomeratâ pannis: Baucis pro quavis anu. Erat autem uxor Philemonis qui hospitio excipiebat Iovem, & Mercurium. Vide Ovid Metamorph. 8.

22. *Cum bene discincto canitaverit ocyma verna.*) i. Cum vetula illa, bene discincto vernæ, vel servulo nequam, in vii convitia ingerit. Solebat enim ocyrum cum maledictis serere, ut ait Turnebus, teste Plinio. Lepos autem quæsus ex dicacitate muliercularum illarum, clamantium se olera veriditare nequam servis, dissolutis, & peculium inutiliter dissipantibus, quasi eos sint ad frugem, & parsimoniam revocaturæ.

revocatur. Adde quod Ocymum Græcis μιζέλαι, ab odio servorum appelletur, teste Sotione.

Bene discincto.) Luxurioso, intemperanti, disluto. Ut superius Discinctus nacta.

Ocyma.) Ocymum farrago diversarum herbærum, & leguminum.

Verna.) Vernæ sunt servi ex ancillanati. ponitur pro vilissimo nebulone, vel servo.

23. *Ut nemo in se tenet a descendere, nemus Sed precedenti spectatur mantica tergo.)* Hactenus in specie Neronem sub personâ Alcibiadis fugillavit, jam cõmunia quædam hominum vitia taxat, & primò quidem illorum, qui in aliorum vitis cognoscendis, & reprehendendis valde acres, & perspicaces sunt, sua interea vitia non cognoscunt, aut sibi ignoscunt. Itâne vero comparatum esse, ut aliena tantum spectemus, & illa quæ nihil ad nos pertinet? O tempora, ô mores perditos, & deploratos, neminem suam conscientiam ingredi, neminem in se descendere, neminem quid se sit dignum considerare, sed aliorum mores, & vitia tantum intueri, & propria peccata in mantica repositâ, à precedentibus tergo, in quo tamen nulli oculi conspiciantur, atque adeò in aliorum peccatis cognoscendis Lynceo quovis sint perspicaciores, in propriis vero talpis stupidiores, & cæciores.

Ut nemo in se.) Est exclamatio.

Tentat.) cupiat, velit, molliatur.

In se descendere.) Semetipsum cognoscere, & considerare.

24. *Sed precedenti, etc.)* Sed mantica scilicet in quam

i N P E R S . S A T . I I I I . . 161
quam nostra vitia conjectimus, spectatur unicuique praecedenti, hoc est à praecedenti, tergo. hoc est praecedentes conspicimus nostra vitia cum tergo; Sed in tergo non habemus oculos. Igitur nostra vitia non videmus.

Mantica.) est perula viatoria, qua iter facientes viaticum, aut aliâ necessaria circumferunt. Finxit autem Aesopus mortales singulos duas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera à tergo propenderet. Sed in priorem aliena vitia conjiceret, in posteriorem sua. Hinc Catullus,

Sed non videmus mantica quod in tergo est.

Et Horatius hoc spectavit, ubi dicit,

*Dixerit in sanum quis me, roridem andiet, atque
Respicere ignoto dicit pendentia tergo.*

25. *Quasieris: Nostr' Venticili prædia?)* Exemplo quod dixit, comprobat, homines aliena fugillare, & carpere, in quorum vitia alii rursus justi simè inquirant. Si enim tu ex aliquo queras: Age dic mihi, nostr' ne Venticili illius prædia?

26. *Cujus? Dives arat curibus quantum non milvius oberreret.)* Ibi verò ille non respondet illud quod rego de prædiis, quæ illa, vel ubi sint, sed statim de divitiis ejus, & extrema parcitate. & avaritia respondet. Cujus tu Ventidij prædia dicis? illiusne divitis qui in Curibus, vel Sabinis, tantum agrorum quotannis possidet, & arat, quantu' vix milvius integro die oberrare posse: putasne hunc?

Quantum non milvius oberreret?) Quod è naturâ illius alitis dictum, vago volatu, & ingentes gyros in celo secando cherantis. Vide Prov. Quantum

milvi volant. Juvenalis, *Tor milvis intra sua pascualas.*
eum imitatus dixit.

27. *Hunc ait, hunc Diis iratis Geniusque sinistro.*)
De illisne Ventidi prædiis interrogas, qui natus est
Diis iratis, & invitis, & genio malo, & sinistro? Vide
proverbiū. Genius malus.

28. *Qui quandoque jugum perusa ad compita figit.*
Illumine avarum dicens, qui si quando finita agricultura, juga, vel aratra sua, ad compita, ut reliqui agricola figit, compitalia celebraturus, licer ditissimus
adeò sordidus, & illiberais est, ut metuant etiam veteris seriolæ vinum, vel vappam potius depromere, &
nihil opiparum, nihil lautum, & libera lead yictum
adhibens, Diis laribus vota faciat; sed inquiens,

Quod bene sit.) quod nihil meaque familiæ Dii
bene vertant, hodie compitalia celebro; cum dicto
cæpe, cum sale, & pultem devorat, & fæces emortui
aceti, omnibus pueris plaudentibus, eumque de-
ridentibus, pleno ore exsorbet.

Quandoque.) pro quandounque, quotiescumque,
Quod & Horatio frequens.

Pertusa ad compita.) Compitasunt propriæ loca
quæ petuntur, vel adeuntur per diversas vias: cuius
modisunt trivias, & quadrivias, & in quæ plures co-
unt vias, Græcis επόδια. Compitalia erant festa in
compitis celebrata, à Servio Tullio Diis laribus in-
stituta, ubi sacrificia finitâ agriculturâ rustici cele-
brabant.

Pertusa.) dicta, quod per oës quatuor partes pate-
ant, vel vetusta. In his juga fracta ab agricolis ponu-
tur & affiguntur emeriti, & elaborati operis in dictum.

29. *Seriola*

29. *Seriola veteris metisens deradere limam.*) Se-
riola erat dolium fistile in quo vinum folet afferva-
ri. Alii legunt veterem, nec hoc male:

Deradere.) aliquid abradere, adimere, insumere.
Metaphorâ illa utitur propterea quod fæces illas
vini, limum appellat. Limus aut coenum est, vel mol-
lius illud lutum, quod ab aquis deferri solet; ejusmo-
dia autem limum deradimus.

30. *Ingemit: Hoc bene sit.*) Vbi diu cunctatus,
cupivit, & metuit, & tandem aliquid fæcis, vel vap-
pe exstillare ausus est, demum dicendo ingemit, &
timide in hæc verba incipit, Quod bene sit, & fau-
ustum. De his solemnibus formulis vide Barnabam,
Brisonium.

Tunicatum cum sale mordens (cæpe, etc.) Et cum di-
cto tunicatum cæpe cum sale, & pultem farratam de-
vorat, & pannosam facem morientis aceti bibt.

Tunicatum dicitur, quod multa involucra, tanquam
tunicas habeat.

31. *Farratam ollam,*) pro pulte è crasso farre, in olla
cocta. Continens pro contento.

Pueris plaudentibus.) Ejus avaritiam, & illiberales
sordes cum plausu irridentibus.

32. *Pannosam facem dixit.*) quod facem etiam
flores appellaverint, eo quod in fæce sint flocci qui-
dam, ut albi panni, vel quod fæces ejusmodi albis
flocibus ut panno obducantur.

Morientis aceti.) Graphica descriptio Euclio-
nis extremè sordidi. Nam cum aliis sordidi, & avari,
qualis apud Horatii Sat. 2. lib. 2. Avidienus cognomo-
mento Canis (quem locum imitatus hic mihi vide-

tur Persius.) nisi mutatum parcant diffundere vi-
num, id est, vino tam diu parcant, donec vappescere
incipiat, vel in acetum degeneraverit, & tum demum
magna parfumonia vappam, vel acetum bibant. Hic
non vino solum parcat donec in vappam, vel acetum
degeneret, verum ipsis etiam aceto donec mortuus in-
cipiat, & nefcio in quam substantiam transierit.

33. *Et si unctus censes.*) Responsio Poëta ad il-
lum qui tantam libertatem, & nulla occasione oblata, in
Ventidii Bassi fordes inventus est. At nebulos, & ar-
delios extremos, & pessimos, non te de Ventidiis fordi-
bus, & avaritiam perconatus sum, sed de ejus praedi-
is, tibiane nota, vel ignota sint. Sed heus qui Ventidiu-
m illum, ejusque fordes tam graphicè descripe-
ris, non molestè teres, si alius eadem acrimoniam in
tua vita inquirat. Nam tu cum levissimarum mulier-
cularum more unguentis perfusus, & delibutus, cel-
ses, & otium agas, & solem in cute infigas, illamque
assidue sole ignavus, mollis & delicatus cures; Nor-
procul abste, licet tibi ignotus est quid te cubito tan-
get, & tibi insulseret. Heus tu ignoraste, & tua vita
etc.

Unctus.) oleo, & preciosis unguentis.

Cesses.) oculum fecurus agas;

Et figa in cute solem.) Antiqui enim ungebant se in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. Iuvenalis. *Nostrabibat vernum contracta cuticula Soll.*

Effugiarq; tegam. Sed de hoc etiam superius.

34. *Et acre Deffuar in mores.*) qui acerrime in tuos mores invechatur, corumque despuelo exsecrationem demoniaret.

35. *Penemq; arcanaq; lumbi, etc.*) Quid te fœdissi-
mum, & turpisimum Cinædum exsecretur, & de-
testetur, te penem, vel virile membrum depilare, &
arcana lumborum runcantem, hoc est natum, & ani-
pilos, vel setas evellentem, & extirparem, & te effæ-
minantem, populo universis, & singulis te prostitue-
re, & fœdam & obscenam partem corporis, contra
naturam pandere, & exhibere. Hæc fœdasunt &
turpisima in hominem fœdum, Quæ non nisi cu-
rioli legant.

37. *Tu cum maxillis etc.*) Verba illius, qui caluniatoris illius Ventidi, vita exagitat. Adde quod
frustrancam, & inanem operam collocas Cinædetur
pissime. Nam, ut maximè te levem, & glabrum effi-
cere, & effeminare studeas, qui sit, ut dum in maxili-
listuis gausape balanatum, vel barbam balaninis un-
guentis imbutam, pectis, & ornas, nihilominus tuus ille
curculio, vel mentula detonata inguinibus inter pilos,
& setas exstet, & rigescat, & in muliebrem figura-
ram te transformare nequeas. Quid malum cum
vellet evitare Nero, Sporo suo, & hanc partem absci-
dit, & omnino in mulierem quantum potuit, trans-
formavit.

Maxillis,) cui opponit inguinibus.

Gausape.) propriè vestis militaris, vel straguli ge-
nus. Ut in Satyra videbitur. Hoc loco pro barba
hirsuta, & prolixâ ponitur.

Balanatum.) oleo ex balano facto, unctum.

38. *Inguinibus.*) Inguina apud scriptores ponu-
tur, pro pudiendis, tam virorum, quam fæminarum.
Sed hoc loco propriè accipitur pro duabus conca-

vis partibus utrinque pubi vicinis, inter lumbos sci-
licet & pubem, in quarum medio membrum virile,
vel muliebre prominet, & situm est.

Gurgulio.) propriè caruncula illa, quæ in fine pa-
lati inter tonsillas dependet, alias columella dicta.
Hoc loco pro membro virili ponitur.

39. *Quinque palastrinae licei hac plantaria vellant etc.*)
Nam licet quinque robusti palastritæ, vel Athleta,
plantaria ista vellat, & setas pilosæ extirpant, & for-
cipibus ad uncis elixas, & Psilotro demolitas nates
labefactent, nullo tamen aratro, filix illa mansuetæ,
nulla forcipe pili illi extirpantur.

Plantaria.) intelligit circa pubem, & pudendis lo-
ca vicina, & nates pilos erumpentes. Ignoscant mihi
hic lectores planius hæc explicanti, non ut scelera
doceam, sed ut mente in Persi exprimam. Plantaria
sunt ipse plantæ, quæ è semine ortæ cum radicibus,
& terræ propria transferuntur de uno loco in alium.

40. *Elixasj, nates.*) Alii legunt elixas nates. Hoc
est psilotro, vel anguento depilatorio, quo molli-
ores mulieres utebantur, ut corpus glabrum, & leve
redderent, demolitas. Sed magis placet elixas, ut
balneo tanquam coctas intelligamus, ut à Martiale
lib. 3. Epig. 7. Balneator elixus appellatur.

Labefactent.) Languidas reddant doloris impa-
tientia, dum forcipe pilos è vivâ cute evelunt.

41. *Non tamen ista filix.*) Pulcrè, quia plantaria
setas istas appellavit, in Metaphora perit, & filicem
appellat, quæ nisi uratur, nullo aratro exscindunt
& extirpantur.

42. *Cedimus inque vicem probemus oruas sagittis.*)

Verba

I N P E R S . S A T . I I I I . 167
Verba Persi. Ecquid jam calumniantur turpisime, &
peccime tuis illis maledictis, quæ in Ventidium con-
cessisti, lucratus es? ipse ab aliis digniore, & morda-
ciori aceto perfusus? Qui Ventidio avaritiam tantum
objicere porueris, cùm alii inauditam turpitudinem,
& detestandam, & execrādam libidinem, & obsec-
nitatem recriminando rursus justiùs tibi objectent?
Scilicet qui carpis alios, carperis ab aliis, qui rides
ridens, qui mordes morderis, qui denique laedis
laederis. Sumtum à militia, ubi sagittis in hostem cō-
jectis, hostem cœdunt, ipsi rursus remissis ab hoste
hostilibus crura præbent, & concidunt. Sic & Ho-
ratius, *Cedimus, et totidem plagiæ consuevimus hostem.*

43. *Vivit ut hoc pacto.*) Omnes hoc pacto in tota
civitate vivant, ut alios tantum intueantur, alios ri-
deant, contemnant, eludent, calumnientur. Et ipsi
rursus quia sua vitia non ipsi cognoscant, ab aliis rur-
sus ea dicant, & rursus idem ab aliis patiantur.

Sic no viuimus.) Sic didicimus vivere, aliorum vitia
quantum potest exagitare, nostra quantum potest ce-
lare, tegere, abscondere.

44. *Illa subter, Cacum vulnus habes.*) Contra il-
los qui fructuò sua vitia tegunt. Qui cùm sint flagiti-
osi, & peccimi, boni tamen, & quantivis preci haberi
volunt, & brevius qui aliis boni potius videre, quæ
sibi esse volunt. Quemadmodum gladiator cæcum
vulnus subter illa acceptum, si aureo baltheo tegat,
& abscondat, alios quidem quantum potest fallit,
& aliis fauciis & vulneratis pro integro, & sano im-
ponit: at nunquid & semicriptum decipere, & fallere,
sit ipsi imponere potest; ipse verò intercà sibi vul-

neris illius conscius, gravissimos, & acerbissimos perpetuitat colores, & cruciatus: Idem illis evenit qui enormia sua facinora, scelera, & flagitia nobilitate generis, divitiis, & auro oppalliare, & fucare, & aliis bonos, probos, & honestos cum sint flagitosi, & percipi, venditare student; in suo interea animo, & conscientia horribiles cruciatus, & intolerabilia tormenta tentientes.

(*accus vulnus*.) latens, occultatum, absconditum. Sic caci morbi dicuntur ignoti, quorum causae ignorantur. Cic. *Rese cae, & ab appetitu indicio removere*. Tractum est autem a gladiatoriis, qui acceptum vulnus baltheo tegunt.

(*Lato balthem auro*.) baltheus late auro pictus, vel inductus.

45. *Vt mavis, da verba, & decipe nervos si potes.*) id est: Vt tibi libitum, & complacitum est, impone aliis, & da verba, teque integrum, & sanum pro vulnerato vendita, & etiam vires, & nervos tuos decipe, si potes. Longè concinnius mihi videretur silegeres: at decipe nervos si potes: Vt sit: da aliis verba, & decipe tuis fucis alios: at decipe etiam tuas vires, tuos nervos hoc est, te ipsum si potes; sed non potes, nam etiam in aureis vestibus aliquis agrotat, etiam in auratis, & gemmatis cubiculis aliquis infirmitate detinetur, & moritur. Et ad animum translatum: te aliis honestissimum, & maximè frugivendita, num etiam tibi ipsi hoc potes persuadere? minimè vero, nam conscientia tua te coaguit, & te de tuis cleribus adiunxit: Vt quamvis Deos, & homines lateas, te ipsum latere non possis: Et qui potes,

TEN PER S. SA T. III. I69
Nocte dieq; tuum gestas in pectore testem. Sed hoc paucis hodiè cognitum, qui famam potius hominum de se verentur, quam conscientiam propriam, qua tam omni testimonio evidentior, omni iudicio rigidior, omni poenâ, & tormento crudelior, immittior, immanior. Vnde salutare illud, & omnium pectori inscribendum Ansonii, *Turpe quid ausurus, te, sine teste, time.* Et addit Seneca, *O remiserum, si conscientis hunc testem; certè conscientiam milles testes.*

46. *Egregium cum me vicinia dicat, non credam.*) Objectio vani illius, & turpis nebulonis. Atvero cum omnes noti, & vicini me virum egregium ad primè honestum, fortem, justum, & omnivirtute præditum laudent, & prædicent, nonne illis fidem adhibuero? quis adeò sit stupidus, qui tot hominibus credere nolit?

47. *Viso si palles improbe nummo.*) Responsio Poetæ. Homo turpisime, ignavissime, stultissime, quialiis plus de te, quam tu ipse tibi credas. Et qui fieri potest, ut alii hoc, vel tu ipse de te, rectè credas, cum nullis non virtutis sis obnoxius? Nam profecto homo improbisime, si conspecto numeri ingenti ejus potundi desiderio flagras, si omnia facis, quæcumq; tibi turpis, & obscena libido imperat, si obæratos acerbissimis, & iniquissimis usuris angis, & premis, frustra frustra te virum integræ vitae, & probum, & egregium ex populis sermone existimaveris.

Palles.) Pallere pro vehementi alicujus rei desiderio affici, & alicui rei pertinaciter incumbere, pafsim ponitur. Hinc amantes, & diligenter studiis incumbentes, pallere dicuntur. Ovid. *Palleat omnis*

amans. Persius, ~~et te nocturnis iuvat impallescere~~
charis. Palles, scilicet desiderio nummi.

48. *Si facis in personam quicquid tibi venit amarum,*) i. si quid tibi libido sua serie suscipis, si quicquid tibi molestè, amarèque prurit, ea in parte, quæ honestè nominari nequit: vel si quicquid in eam partem incidit amara titillationis, facis, & in omnem libidinem te profundis, si cujuscunque libidinis pruritus, velut urtica, molestus est morem geris, & molestiam nefandâ voluptate depellis, adeòque peni inservis; falsas multitudinis laudes respue. Dicit Aristoteles multas voluptates à molestiæ impulsu oriri, ut & delicias Veneris, ad quas dolor qui libidinosos urit, precipites pellit. Nam illaurtica, & scabies libidinis amara, & molesta est, neque eas quiescere finit pruritus titillans.

49. *Si puteal multâ canens vibice flagellas.*) id est si fæneratores acerbissimus, & iniquissimus, & obæratos debitores gravissimis usuris flagellas. Hinc fæneratores feriones jaculari vocabulo nominabantur, ferunt enim usuris quos obæratos habent. Puteal dicitur à puteo illo cui Scribonius Libo magnificum labrum super imponi curavit: Est autem puteal putei labrum. Est autem hoc puteal, vel puteus, ut notat Varro, in Portâ Basilicâ, juncta Curiæ Hostilia, non procul ab arce Fabiano, ubi prætori jus dicebat. Ad hoc puteal Scribonii Libonis, vel ut alii, Scribonii Licinii fæneratores confistere solebant.

Puteal. Alii dicunt flagellare id est esse quod pejerare,

Multâ vibice.) Qui nimis rigidè, & acerbè usum exiges, & nimis inhumaniter obæratos flagellas.

CAN-

Cantus.) ne damnum facias, vel decipiari.

50. *Nequicquam populo bibulas donaveris aures,*) Frustrè populi sermones de te lubens audieris, & illis fidem adhibueris.

Bibulas.) quæ ut spongia quasi laudes sitiant, & libenter, & avidè imbibant.

51. *Responde quod non es.*) Salutare, & egregium præceptum, quo vani à solidis, indocti à doctis, stulti à sapientibus discernuntur. Sanè illis nihil prius, nihil antiquius, nihil fortius, quam immeritis laudibus, etiam à vilissimis extolli, contrà hi sibi plus de se quam aliis credunt, & respuunt quod non sunt, & immodicas laudes ægrè, & per molestè ferunt, atque adeò quod non sunt, ne haberí quidem volunt. Et ratio utrinque est, quia illi quia nunquam se dignati sunt ingredi, se non norunt, inde co infanæ perveniunt ut existiment, se melius ab aliis cognosci, ac proinde de se plus aliis quam sibi credunt: Contrà hi quia in illud unicum incumbunt se, hoc est suam infirmitatem, vanitatem, & ignorantiam, cognoscere, facile, humiliter de se sentire, vanas de se laudes respuere, neq; ut rite arbitror operari, discunt.

Tollat sua munera cerdo.) Auferat, & secum reportet populus sua munera, inanes, & vanas virtutum tuarum laudes.

Sua munera.) Hoc est quicquid tibi attribuir, quod tu non habes.

Cerdo.) Cerdones sunt artifices sordidi, ut suæ veterum calccorum. Diicti à ~~neq;~~, quod lucrum affectent. Ergo idem est, ac si dicat: Apagafis viles illos, & sordidos, qui te lucri gratiâ indignâ

laude afficiunt.

52. *Tecum habita, & nōris quam si tibi curia su-
pellex.)* Quod si tecum habitaveris, te ipsum ingressu-
fueris, te & tua omis. fucis, & velamentis adulata-
torum probè perpenderis, & consideraveris, cognov-
eris profectò, & deprehenderis in domo tuā non
ita omnia esse abundantia, splendida, & magnifica,
ut alii de te prædicarunt, ut etiam multa adhuc tibi
defint; & desiderentur; non ita omni virtutum ge-
nere te esse instructum, ut non plura, & longè gra-
viora vitia in te reperias, & deprehendas.
Tale est illud Flacci. *Metiri se quemq. suo modulo ac
pede verum est.* Et Lucianus, *παραμετρίου τῷ οὐέρην πόρον
ικάτερον.* Demetiaris utrumque mensurā propria. Nec
absimile quod idem Persius dicit Sat. 6.

Messenus propriā vivē.

Translatum autem proverbium ab iis, qui in prin-
cipium familiis degunt, & ut vulgo fit, ex alienis o-
pibus perinde ut suis intumescent, quibus si domi
vivendum sit, vix salinum habeant, quod apponant.
Tecum igitur habita, id est, tuāptē supellecīle, te
metire, ac tuis ipsis malis, bonisve teipsum expéde.

S A T Y R A . V.



*Atibus hic mos est, centum sibi poscere
voces, (mina centum
Centum ora, & lingua optare incar-
Fabula seu māsto ponatur bianda
tragedo,*

*Vulnera seu Parthi ducentis ab ingaine ferrum.
Quorsū hac? aut quantas robusti carminis offus 5
Ingeris, ut par sit centeno guttare niti?
Grande locuturi, nebulas Helicone legunto,
Se quibus aut Proges, aut si quibus olla Thyestia "Proches.
Fermebit, sepe* insulso coenanda Glyconi. *invito.
Tu neg, anhelanti, coquitur dum massacamino, 10 "Cycloni.
Folle premis ventos; nec clauso murmure rancus
Nescio quid tecum grave cornicaris inepte
Nec *sclopō tumidas intendis rumpere buccas. "Sloppo.
Verba toga sequeris, junctura callidus acri.
Ore teris modico, pallentes & radere remores 15 "rodere.
Doctus, & ingenuo culpam desigere ludo,
Hinc trahē qua dicas, mensamq. relinque Mycenis
Cum capite, & pedibus, plebeiaque prandia nōris.
Non equidem hoc studio, *bullaris ut mihi nūgis. * pullatis.
Pagina turgescat, dare pondus idonea & sumo. 20 "sumo.
Secreti loquimur, tibi nūc hortante Camena,
Excutienda damus precordia, quantaque nostra.
Par tua sit, Cornuta, anime, tibi dulcis amice
Offendisse juvat: pulsā dignoscere cautus,
Quid solidum crepet, & pīta* retorica lingue. 25 *plectoria
Hic ego centenas ausim depositere & voces, "fauces.
Ut, quantum mihi te sinuso in pectore fixi,
Voce traham purā, totūque hoc verba resignant,
Quod* later arcā non incenarrabile fibrā. "Quo later
Cū primū pavido custos mihi purpura cœpit, 30
Bullaque succincti laribus donata pependit,
Cū blandi comites, toraque impune suburā
Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.
Cūmque sier ambiguum est, & visa nesciu error
Dedet-*

*Diducit, ¹Deduxit trepidas ramosa in conspita mentes
se posui. ²Ne tibi^{*} supposui, teneros tu suscipis annos
cum. Socratis, Cornuti, finis, Ituno fallere sollers
Apposita intortos ostendit regula mores,
Et premis turratione animus, vinci que laborat,
Artificemq; tuo ducit sub pollice vulnus. ⁴⁰
Tecum etenim longos memini consumere Soles,
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnum opus, & requiem pariter disponimus ambo;
Atque verecundâ laxamus seria mensa.
addubi- Non equidem hoc^{*} dubitis amborum fôdere certo ⁴⁵
tes. Consentire dies, & ab uno fidere duos:
Nostra vel equali suspendit tempora libra
horæ. Parca tenax veri, seu nata fidelibus horis
Dividit in geminos concordia fatuorum,
Saturnusq; gravem nostro love frangimus unam. ⁵⁰
Nescio, ¹Nescio, quid certè est, quod me tibi temperat astrum
quid. Mille hominum species, & rerum discolor usus:
Velle sum cuique est, nec voto vivitur uno.
Meribus hic Italus mutat sub Sole recentis
Rugosum piper, & pallentis granacynini: ⁵⁵
Hic satur irrgno mavisde eurgescere somno:
Hic campo indulget, hinc aula decognit: ille
spurcat. In Venerem lustris. Sed cùm lapidosa Chiragra
Venere et Fregerit articulos, veteris ramalia fagi,
* Tunc caffos. Tum crassos transisse dies, lucemq; palustrem, ⁶⁰
caffos. Et sibi jam seri vitam ingensuere relixam:
Ae te nocturnis juvare impalle scere charis;
Cultor enim juvenis purgatas inseris astres
* Elantea Frugel Cleanthea, petire hinc juvenesque senesque
Finem animo certum, miseri q; viuisca canis. ⁶⁵

Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid² quasi magnatum,
Nempe diem domas? Sed cùm linea altera venit,
Immo ras bestiarum consuimus; ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paullum erit ultra.
Nam, quâve propte, quamvis temone sub uno, ⁷⁰
Verientem se frustre sectabere cambum,
Cum rotâ posterior curras, & in axe secundo.
Libertate opus est, non lato, ¹ut quisque Velim
Publius emeritis lycrois reserua far
Posidet. Hoc steriles veri! quibus una Quirinem ⁷⁵
Vertigo facit, hic Dama, ²est non resiss agase,
* Vappa, lippus, & intemni suffragine ascendax,
Diverter hunc dominus, momenti turbini exit. ⁸⁰
Marcus Dama. Papa¹ Marco spondente, recensas
Credere in nummos? Marco² sub iudice palles? ⁸⁰ * tu judice
Marcus dixit; ita est; assigna Marce tabellas.
Hoc mera libertas? Hanc nobis pilea donant?
An quisquam est alius liber, nisi dicere vitam
Qui licet ut¹ voluit? licet, ut volo, vivere: Non sum ⁸⁵
Liberior Brutus² Mendosè colligis, inquit
Sicicus hic, aurum mordaci locis aceto.
Hoc reliqua accipio: licet, ut volo, vivere, tolle.
Vindicta postquam mens à pratore recessi,
Cur mili non licet, iussit quodcumque voluntas, le.
Excepto, si quid Masuri rubrica veraverit ⁹⁰
Dicas, sed ira cadat natio, rugosaque fanna,
Cùm veteres avias tibi de pulmone revollo.
Non pratorie eras stolidis dare¹ tensis rerum
Officia, atque usum rapida permittere vita.
Sambuciis cistis caloni apianeris alto. ⁹⁵
* sensus.

Stat contraria ratio, & secretam lagnit in aures;
 * garrit. * Non li. * Neliceat facere id, quod quis virtuavit agendo.
 Publica lex hominum natura^q contineat hoc fas,
 ecceat. Ut tenet vestitos infusca debitis actus.
 Diluis belleborum, certo compescere puncto 100
 Nescius examen; vetere hoc natura medendis
 Navem si poscas sibi peronatus arator
 exclamat Lucifer iratus. Exclamat Meliceria perisse
 Frontem de rebus. Tibi recto vivere talo
 * specimē. Ars dedit, & veri^{*} speciem dignoscere calles, 105
 Nequa subarato mendo sum tinniat auro;
 & de qua vi Quaque sequenda forent, Iaque evitanda viciose
 canda. Illa prius creata, mox hac carbōne nota sit.
 Et modicus voti, presso Lare, dulcis amicis:
 Iam nunc astringas, jam nunc granaria laxes, 110
 Inque luto fixum possis transcendere nummum,
 * nec glut. Nec glutio sorbere salivam Mercuriale.
 neglīctu. Hac mea sunt, temeo, cum vere dixeris; eto
 nec glut². Libérque ac sapiens pratoribus, ac Iove dextro.
 Sin tu cūm fueris nostra paullo ante farina, 115
 Pelliculam veterem retines, & fronte politus
 Astutam vapido servas sub pectore vulpem:
 * telego. Quae dederim suprārepero, fūnēmque reduso.
 Nil tibi concessis rati, digitam exsere, peccas.
 Et quid tam parvū est? Sed nullo thure lutabis, 120
 Hereat in stultis brevis ut sensuicia recti.
 Hac miscere nefas, nec cūm sis cetera fōssor
 Treis tantū ad numeros Satyrim oviare Bathylli.
 Libereo. Unde datum hoc sumis, tot substerebas?
 A dominū ignoras, nisi quē vindicta relaxat? 125
 Ipuer, & strigiles Crispini ad balmen defer.
 * Ingre-

* Intrepuit, cessas nugator? Servitium acre * si faciet
 Te nihil impellit? Nec quisquam extrinsecus intrat pui.
 Quod nervos agiter. Sed si intus, & in ecore egro
 Nascentur domini, I qui tu impunitiore exi, 130 * quin.
 Arg. hic quē ad strigiles scutica, & metus egit heri-
 Mane pigenstertis; Surge inquit avaritia, Eia lis?
 Surge: negas; instat; surge, * inquit, nō quo; surges. * Inquis.
 Et quid agam? rogitas? En Saperdam aduvehe poto,
 Castoreū, stupras, hebenum, chrys, lubrica Coa; 135
 Tolle recenti primus ppter è fitiente camelo;
 Ucris aliquid, iura. Sed Iuppiter audier: * Ehen,
 Baro, regustatum digito terebrare salinum.
 * Contentus perages, si vivere cum Iove tendis.
 + Ha pueris pelle succinctus, et Oenophorū aptas: 140
 Ocyus ad navem, nihil obstat, quin trabe vasta
 Aegeum rapias, nisi solers luxuria ante
 Seductum moveat. Quid deinde, insane, ruis quid?
 Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis
 Intrumuit, quam non exituxerit ursa cicuta. 145
 Tun' mare transfilas? tibi torta cannabefolia
 Cenast in transbro? Vejentanumq; rubellum
 Exhibet vapidi lossum pice fessilis obba?
 Quid petis, ac nummi, quos hic quincunco modesto
 Nutrieras & peragant avidos^{*} sudore deunes? 150
 Indulge Genio, carpamus dulcia, nostrum est
 Quod vivis, cinis & Mnes. & fabula fies. (de est.
 Fave memor lethi; fugit hora; hoc, quod loquor, in-
 En quid agis? duplice in diversum scinderis hamo.
 Huccine, ab huc segris? subeas alterna^o oportet. 155
 Ancipiunt obsequio dominos, alternis oberres.
 Nec in cūm obfiteris semel, instanti^q negaris

ii officia

* rupi. *Parere imperio, rupi jam vincula dicas.*
 Abripit. *Nam luctata canis nostra arripit, ast tamen illi
 attamen. Cū fugit à collo trahitur pars longa catena.* 160
 Et tamē. *Dave, citō hoc credas jubeo: finire dolores.*
Prateritos meditor, crundum Chærestratus ungues.

Arrodes. I Abradens ait hoc: an siccis dedecus obsteris

*Cognatis? an rem patriam rurum sine istro
 Linē ad obstantē frangam, dū Chrysis dudas* 165
Ebris ante fore sex intellā cum face canto?
*Eme, puer, sapias Diis deponentibus, agnam
 Percute. Sed censem' plorabit, Dave, relictā?*
Nugaris? soleā, puer, oburgabere rubrā,

Ne trepidare velis, atque arcos rodere casses. 170

Nūc ferns, & violēs: at si vocet, haud mora, dicas:
*Quidnā igitur faciat? ne nūc cum accersor, et ultro
 Supplici accedam? si torus, & integer illinc*
Exieras, nec nanc. Exieris? nūc nunc, hic hic, quē querimus, hic est;
Non in festuca, slector quam jaclat inceptus. 175
*heic heic quod q̄. Ius habet ille suo palpo, quem ducit biantem
 rim? heic Cretata ambino? vigila, & cicer ingere largē
 est.*

*Rixanti populo, nostrani Floralia possint
 Aprici meminisse senes: quid pulcriss? ai cūm*

Herodis venere dies, unlāq̄, senestrā 180

Disposita pinguis nebula vomuere lucerne

Portantes violas, rubrumq̄, amplexa catinum

Canula natat thynnī, rumet alba fidelia vino,

Labra moves tacitus, recutitaq̄ Sabbata palles.

Tum. Tunc nigri lemures, ovōq̄, pericularupto, 185

Tunc grandes Galli, & cum fistro lusca sacerdos,

Incussero Deos inflantes corpora, si non

Predictum ter manē caput gustaveris alli.*

Dixerit

*Dixeris hāc inter varicosos Centuriones,
 Continuo crassum ridet & Vulgenius ingens.* 190
Et centum Gracos curso centuisse licetur.

* Pulferi-
 dius.
 Fulsem⁹.
 Vulpens⁹.
 Fulphet-
 dius.

C O M M E N T A R I U S.

Hac Satyrā quintā due potissimum tractat Per-
 sius. Et primò quidem Cornutū præceptorem
 suum in disciplinis Stoicis, laudat, & centum ora, &
 linguas sibi exoptat, non quod tumidam aliquam
 Tragœdiā, vel cruenta bella scribere aggrediatur,
 sed tum ut laudes ejus dignè exprimat, tum ut suum
 erga se morem demonstret: idque ob diligentem,
 & laudabilem ejus ad honestatem, & virtutem insti-
 tutionem, & summam coniunctionem, & familiar-
 itatem cum ipso, tum etiam ob similitudinem morū
 sine dubio fatalem, & honestā ejus studia, & deniq̄
 quod ad virtutem, & honestatem aliis præeat. Dein-
 de hortatur juventutem ut ex Philosophiā adjumen-
 ta sibi comparet, ad beatam vitam, & Philosophiæ
 inserviant, ut sibi contingat vera libertas: Quæ non
 illa sit quam vulgus agnoscit, quam rāsō capite, &
 pilo, ab hero accepto, vindictā prætoris etiam pes-
 sumi obtinere possint, libertas corporis, vivere ut
 velis, & potestas faciendi quicquid libet. Sed vera
 sapientia, & doctrina, & scientia, bona à malis, sequē-
 da à fugiendis, virtus à virtutibus posse discernere,
 suis contentum, benignum erga amicos, facilem in
 omnes, & liberalēm erga quos deceat, & ab avaritia,
 & reliquis malis immunem esse, & quæ in bonos, &
 sapientes tantum cadat. Contrà omnes stultos, &
 malos esse servos, qui corpore sive liberi, sive servi;

semper peccent, quos vitia contraria, avaritia, & luxuria distrahanter, & miris modis vexent, quos intemperantia, libido, ambitio, superstitione, & alii acerbi Domini obtorto quasi collo abducant quod velint, excrucient, agitent, urant, terreat, & angant, servos omnium pessimos, & miserrimos.

1. *Vatibus hic mos est.*) Cornutum Annæum initio laudaturus à collatione orditur. Quemadmodum vatibus, vel Poëtis Tragicis, vel Epicis moris, & usitata consuetudine receptum est, ut centum ora, centum linguas, vires grandi, & sublimi carmini sufficiétes, & pares sibi exoptent, sive Tragici mœstum, tristem, miserabilem, & lamentabilem casum, vel exitum regum & heroum tragedia sunt expressuri; sive Epicis cruentum aliquod bellum, aut cladem Parthicam, aliósve miseros, & formidabiles bellorum exitus descripturi: Idem mihi hoc tempore tuisu venit.

Vatibus hic mos est.) Poëtis usitato more receptum est Poemata sua ab Invocatione Musarum, vel aliorum Deorum, vel Dearum exordiri, & eorum open, & auxilium in versibus, ut cum materia quam descripturi, ritè convenient, exactè & cum laude condendis implorare. Utibique ferè videre est, in Homero, Hesiodo, Litteratio, Vergilio, Ovidio, Lucano, Silio Italico, Statio, & reliquis omnibus.

Centum sibi poscere voces.) Quas rebus sublimibus, maximis, & admirandis pares existimabant. Id quod & indicat Virgilius, lib. 6. Aeneidos,

*Non mihi si lingua centum sint, oraq; centum.
Ferreæ vox.*

3. *Fabula seu moësto, &c.*) Fabula, Tragedia, &

I N P E R S. S A T. V. 181
Comœdæ uno nomine fabulæ appellantur. Ponatur proposita sit representanda.

Moësto.) quia mœstum aliquem, & miserabilem eventum mœstus, ut materia quam tractat, requirit, exprimit.

Hienda.) Hoc propriè est aperto ore spiritum emittere: hoc loco significat grandia illa, tumida, & sublimia verba, majoribus lateribus, majore vocis & oris contentione pronunciare: *Quod Satyrâ primâ dixit, Quod pulmo anima prelarginus anhelet.*

4. *Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.*) scilicet Poëta Epicus est descripturus. Sive Epicus miserabilem Parthorum cladem describere aggradatur, qui lethifera tela etiam ab inguine educebāt, & in hostem retorquebant. Subintellige (nam *asparagi* desideratur.) Idem mihi jam opus & necessarium, ut tot linguas, tot voces & tales vires exoptem.

5. *Quorsum haec?*) Objectio Annæi Cornuti præceptoris, aut aliis cuiuspiam. Quorsum haec tibi exoptas Perſi, & quo tandem consilio tumidum adeo, & inflatum dicendi genus affectas, & exoptas, ut centum ora, & linguæ tot, & tantæ vires tibi contingat?

Robusti carminis, ,) Epicis. *Quod Horatius fortè Epos appellat.*

Offas.) alimenta, auxilia, dixit pro ope quam exoptat linguarum, vocum, virium.

6. *Vi par sit,* ,) opus necessarium, ut oporteat teniti centeno gutturi, id est centum oribus, & totidem linguis.

7. *Grande locuturi, &c.*) Nam quicunque res sublimes, & graves, & horrendas, ut Progne aut

Thyestæ cœnam, splendida, grandiloqua, & magnifica oratione sunt explicaturi, & repræsentaturi, quæ in fullus ille Histrio Glycon sœpe tractat, illi inanes poetarum nugas, & nebulas Helicone legant & opem Musarum implorent.

Grandelocntri.) Sic Horatius de Ennio: *Os magna sonaturum*, dixit.

Nebulas.) Nebulae hoc loco non Musæ intelliguntur, ut interpres explicant, sed inania, & nugacia Poëtarum figura menta nebulis, & sumis consimilis acceptiendasunt, quæ turgidos, & infullos histriones delectent. Vnde & postea inquit: Dare pondus idonea fumo. Intelligit igitur nugas, & vana Poëtarum figura menta, verbis magnificis, amplis, & tumenibus expressa. Id quod & Turnebus approbat; Qui nimbum & nebulas, pro nugamentis, & inanis ponni, ex Plautoprobatur.

8. Si quibus aut Progne.) Fabula de Progne, que Terèo marito, quod Philomelam sororem vitiaverat, ei quæ linguam, nefacitus eloqui posset, abscederat. Itym paryulum filium intersectum, in frusta dissecatum, & coctum patri epulandum proposuit, sati nota. Vide Ovidium lib. 6. Metamorph.

Aus si quibus olla Thyestæ Ferrebit.) Nec hæc fabula ignota, Atreus & Thyestes è Pelope, & Hippodamia fratres erant. Thyestes autem adulterium commisit cum uxore Atrei, propter quod Atreus in odii fratris Thyestis vehementer exarsit, nec contentus fratrem expulisse in exiūm, ejus regno occupato, sed factâ reconciliatione cum revocavit, & ab eos filios obsides accepit, & cum fratre regnum partitus,

Postea

Postea imperfectis filiis obsidibus, patri Thyesti ad cœnam vocato, eos vescendos dedit, & cruentum vi no commixtum, ei bibere exhibuit. Quo enormi scelere Sol expalluit indignatus, & à Mycenis fugit. Convivio finito appor tavit patri capita filiorum, nuncians ei quod residua partem comedenter. Vide Secundam Thyestem.

9. Ferrebit.) Ambiguè dixit, & pulcrè. Vel quod ollam ferventem, vel quod cum multa animi concitatione, & fervore ea convivia sint descripti.

Sæpi in fullo cœnanda Glyconi.) Glycon Tragœdus populo mirè placuit, à Nerone manumissus, nescius jocari, propter quod eum infullum Persius dixit.

Cœnanda.) quod ipse illa convivia, sua oratione, habitu corporis, & gestibus nefandam illam ollam sœpe representaret, & exprimeret.

10. Tu neque an helanti, &c.) Tu verò, ô Persi, cum tumida illa, & turgida Tragicorum verba non imiteris, nec in modum follis, dum vento receptum magna vi in ignem immittit, & ferrum in camino excoquit, tumidas buccas vento distendas, & inflas, nec submissa, pressa voce, & rauco cornicum more incipias, & nugas garrias, & corniceris, nec tumidas, & inflatas buccas, ceu cloppo disrupte intendas, & studeas, more infullorum & ineptorum Poëtarum, & Histriorum: Sed verba togæ sequaris & humilem Satyram conscribas, tragico illo verborum boatu, & orationis nitore non indiges.

Tu neque an helanti.) Hoc est neque enim tu more anhelantis follis, qui labore vehementi crèbris singultibus quasi ventum exspirat, dum massam feg-

ream in fornaci vel camino, emollit, & coquit, ventos premis. i. non turgidis, & grandiloquis verbis buccas inflas, & distendis, ut i' ragici & Epici. Sic Horatius (quem hoc loco imitatus videtur, vel saltem quicm respexisse) de Crispino,

*At tu conclusas hircinis follibus auras
Ugno laboranteis, dum ferrum moliat ignis
Vimavis immare.*

11. *Nec clauso murinuro rauco.*) id est occultâ, pressâ, & submissâ voce, more tristium, & morosorum Philosophorum tecum murmuras.

12. *Grave.*) magni n̄ olis, & ponderis, ut Philosophorum meditata. Vel ut referatur ad *cornicariu*, ingratum, & molestum.

Inepti.) adverbialiter.

Cornicaris.) ineptè garris, & sono sine mente obstrepis.

13. *Nec scollopo tumidas intendis rumpere buccas.*) i. nec scolloppo, vel sonitu ex inflatione buccarum, intendis tumidas buccas rumpere, hoc est, ut rumpant, est enim Græcismus. Vel intendis, id est stades scolloppo buccas tumidas rumpere. Est enim scollopus propriè, ut ex ipso sonitu vocabuli appetet, sonitus ex buccarum inflatione erumpens. Postea ob similitudinem sonitus, transfertur etiam ad minora bombardarū genera, à fictio sono qui complōsis buccis editur. Deinde etiam transfertur ad tribulum è sambucino ligno, quo pueri eliso globulo stuppo sonitum edunt.

14. *Verba toga sequeris.*) Hoc est, sed tu materias humiles, urbanas, & populares tractas, non tristes regum

regum casus, & formidabiles bellorum eventus. Fuit autem toga pallium purum, forma rotunda, & fuisse, & inundante sinu. Et sub dextro veniens, super humerum sinistrum ponebatur, cuius justam lura sepa ulnas, habebat. Hac Romanū pace uitebantur, in bello vero paludamentis.

Junctura callidus acri. Ore teris modico.) Hoc est, & popularem illum sermonem teris, id eit exprimis, persequeris callidus, eleganti solertia, junctura acri, acuta, subtili, solerti compositione, & modico ore, verbis urbanis, non nimis concitatis, & turgidis.

15. *Pallentes radere mores Doctus.*) Visitatissimus Hellenismus. Id est cùm didiceris mores parum honestos, & ingenuos aliorum radere, & carpere, sermone Satyrico.

Pallentes) parum candidos.

16. *Etingenuo culpam defigere ludo.*) aliorum culpm, crimina, & peccata ingenuis liberalibusque ludis, & jocis, eludere, carpere, & castigare.

17. *Hinc trabe que dicas, mensamq; relinque Mycenis.*) id est hinc, ex humilibus his, & tenuibus trahē, vel eligetibi materiam urbanam, & popularem quam tractes, & coenam illam, & conviviam. cnfāsq; Thyeſteas cum capite, & pedibus filiorum ejus, que Mycenis fuere, relinque aliis tumidis, inflatis, & insulosis Poetis, & histriobus. Ut maneant illa Mycenis, tu hic Romæ urbana, & popularia, togatāque tractes.

Mensamq;.) Sic Horat. Neve Thyeſteis cumulemus viscera mensis.

Mycenis.) Mycenæ urbs Peloponnesi, non pro-

cul ab Argis, quam Perseus Danais filius exstruxit, quam postea inhabitavit Atreus Thyestæ frater, & Agamemnonis, & Menelaus pater.

Mensam &c. cum capite & pedibus. Scilicet filiorum Thyestis, Plisthenis, & aliorum quæ Atreus reservarat, & fratri postquam comedisset, & potasset carnem, & sanguinem suorum filiorum, inspicienda exhibebat.

18. *Plebeiaq; prandia noris.*) Perstat in Allegoria. Hoc est prandia plebeia appara, & tragicis illis materialibus & principibus (nam illos tragicis causis rotant) relictis, humiliores & plebeias tracta. Huc utque objectio illa Cornuti, vel cuiuscunque.

19. *Non equidem hoc studio bullatis ut miseri nugis.*

20. *Pagina turgescat.*) Responso Poëtae nostri Persi. Non eo nomine, Cornute præceptor honorende, tot mihi ora & linguas, tantas dicendi vires exopto, ut charactere tragico, turgido, & inflato, pagina, vel versus, & oratio mea intumescat, & turgeat, & verbis amplis, grandiloquis, & tumentibus dignitatem, & pondus addat inanibus illis, & nugacibus Poëtarum segmentis, nugis, nebulis, & fumo. Et hec vera ni fallor explicatio. Nam quod exponunt, pagina idonea fumo, id est igni, & incendio, longius profecto peritum, & ut verum fatear, vanius.

Bullatis nugis.) Tractum est à bullis aquarum, quæ quidem speciosæ & turgidæ, sed quibus nihil vanius.

Pagina.) pro carmine vel versibus, figura notissima.

21. *Secreti loquimur.*) Cùm enim scripta meæ se-

creta domi contineam, nec popularem auram meis carminibus captem, quid illis nugis opus est? Vel cùm ad te tantum scribam, & secreti hæc internos loquamur, quid ad scitiis illis ornamenti opus est? Nisi mavis sequentibus adjungere: Hæc quæ dico tibi secreto loquor, quibus animi mei intima tibi aperio, &c.

Tibi quæ bortante Camenæ, etc.) id est, Intima pectoris mei penetralia tibi, ô Cornute, idque Musæ exhorte & instigante, nunc excutienda & exploranda exhibeo, id est tota aperio & tibi pando.

22. *Precordia,*) id est pectoris intima & cordis penetralia & adyta.

Quantiæque nostra.) Hoc imprimis mihi in votis est hoc carmine tibi ostendere & demonstrare, quæta, ô amicorum dulcissime, animæ nostræ pars tuas sit & tibi cedat. Sententia à Pythagora tracta; Nam dimidiam animæ suæ partem dicit esse amicum, ut Horatius Virgilium: *Et serves animæ dimidium mea.*

24. *Pulsa digno cære cantus.*

25. *Quid solidum crepet, & pictæ tectoria lingue.*) Idque tibi ostendisse juvat, & demonstrasse, qui, ut qui ollas erunt digitis eas pulsas explorant, an tintinnitus eas rimosas vel solidas indicet, sic tu pulsa lingua, velcum sonitum edidit, didicisti internoscere, quid illa sinceri & solidi crepet & proferat, & quæ sint tectoria, tegumenta, & fucati colores pictæ, blandæ, & minus candida lingue. Sin velis illud *pulsa* verbaler expicare, pro more ollas ementium pulsa & explorare, qui novisti verum amicum à ficto & suçato discernere; non repugno.

Cantus

Cantus dignoscere.) Visitatus Hellenismus i. qui singulae & solerti cautione potes dignoscere & discernere.

26. *Hie ego centenas.*) Hoc igitur nomine, Cor-nute dulcissime, tatum lingue, vocis, & virium appa-ratum ausim exoptare & depositare, ut quantum hoc est, quam arctissime te infixi insuoso meo pectori, voce & oratione pura & splendida, non fucata, traham & eloquar.

27. *Sinuoso in pectore.*) id est multiplicibus illis & sinuosis pectoris & cordis anfractibus, & penitil-simis flexibus & latebris.

28. *Totumq. hoc verba, etc.*) Et ideo centum vo-ces & totidem linguas exposci, ut totum hoc quan-tum quantum est verba mea resignent, explicit, a-periant, & ex antro & adito pectoris in lucem profe-rant, quod in arcanis cordis mei penetralibus, & je-coris fibris latet & absconditum est, *menarrabile* quod nulla orationis vis, nulla dicendi copia, unquam ex-presserit.

29. *Quod later.*) Quod prisci Philosophi etiam in jecore vel epate, unde fibræ sensus & affectus ho-minum collocatos crediderint, superius aliquoties dictum.

30. *Cum primùm pavido custos mibi purpura cesit,*) Explicit Persius Cornuto suo, quo nomine tantam linguæ & vocum vim initio sibi exoptaverit: scilicet ut amorem suum erga se præceptorem, eò amplius & perfectius explicit & demonstret. Jam causas resert hujus in præceptorem suum aroris & adfectus, nem-pe magna & ingentia sui præceptoris in se beneficia, & primùm

& primùm quidem diligenter & laudabilem ad virtutem & honestatem institutionem.

Cum primùm.) Id est, Vbi primùm ex Ephebis excessi, & mihi pavido puero prætexta pueritiae cu-stos purpura celsit & objecta est, & aurea bulla Diis laribus succinatis donata & consecrata pependit, & comites magistri jam ob adultiorem ætatem, laxato aliquantulum disciplinæ freno, blandiores mihi esse inciperent, & virili veste & parma vel umbone al-bo assuunto, quoconque in omnia diverticulatotius suburræ oculos liberè conjicere cœpi, etc. Tume in tuam disciplinam recepisti.

Pavido mibi,) quod puerili adhuc illa ætate esset sub disciplina præceptoris. Propter ætatem, metum, & magistrum.

Purpura,) id est prætexta toga, quod erat genus vestimenti oblongum, & talare, quod supra tunicas honoratissimi quique induebant: Ita dicta quod ei purpura prætexebatur, Græcis ~~σεντερούς~~. Hæc una cum bullæ in usum puerorum nobilium usurpa-batur. Vnde conjicere est, Poëtam nostrum non in re ad eò tenui natum, sed ortum parentibus honora-tis, & nobilibus. Ab hac prætexta pueri dicebantur prætextati; qui nondum decimum septimum annū atatis impleverant; nam minores annis septendecim pueri existimabantur, & prætexta induebantur, quæ deposita, assumebant togam, & vestem virilem, & æ-tatis militaris censebantur; unde primis stipendiis militia, umbonem, vel clypeum sine omni insigni, album gerebant; Quod ex illo Virgilii notum. 9. Aeneidos, *Ense levius nudò, parmag. inglorius alba.*

Cesit

Cessit inibi.) id est reliquit me, ut dicimus, cedo tibi, hoc est cessit meæ ætati virili, & togæ vel vesti virili, cui illa ætate aptus censebar:

31. *Bullaque succinctis laribus donata popendit.*) Bula aurea Diis Laribus donata, & consecrata solebat affigi, & appendi.

Succinctis laribus.) Quia Gabino habitu; cinctusque Dii penates formabantur obvoluti togæ super humerum sistrum, dextro nudo.

32. *Cum blandis comites.*) Non ita amplius auferi, & ob ætatem meam remissiores, & blandiores Magistros intelligit.

Totaque impunè Suburra, etc.) Id est eum candidus umbro, parma alba, & clypeus candidus, cum veste virili assumptus permisit, & concessit spargere; & conjiceret oculos impunè tota Suburra, in omnia diverticula, lustra, & ganeas totius Suburrae.

Suburra.) Vicus Romæ in urbe antiqua appellatur Suburra, ubi meretricum diversoria erant, inde Suburranæ dictæ. Martialis lib. 6.

Fama non nimis bona puellam;

Quales in mediâ sedent Suburra,

Vendebat modo præco Gellianus.

Impunè.) impunitè, sine pena, & multa. Nam ante ea loca per illustrare, non impunè ipsi licuisset.

33. *Candidus umbro.*) Non explicandum hoc togæ virilis, sed clypeus albus quem gerebant novelli illi viri, cum jam ingressi essent ætatem militarem, ut superius dictum:

34. *Cumq; iter ambiguum est.*) Et cum adhuc vitæ humanae nescius, & ignarus morè Herculis quem

Prodicus

Prodicus apud Xenophontem inducit, dubius viam virtutis insisterem, an latam semitam voluptatis pergerem, utram viam literæ Pythagoricæ rectam, an si-nistram ingredierer, tu metuâ doctrinâ excolendum suscepisti.

Cumq; iter.) Et quoniam iter, scilicet vitæ ambi-guum est, & hominum animos distrahit, & ambiguos rededit.

Cum,) cum indicativo, idem quod quoniam vel quia.

Et vita nescius error.) Et error scilicet juvenilis nescius, & ignarus vitæ humanæ, mentes teneras, & trepidas, ob ignorantiam, quam viam insistere debeant in ratnoa compita, vel in bivium illud duorum ramorum virtutis & vitii in litera Pythagoræ expre-sorum dëducit.

35. *Metibi supposui.*) Ibi metuæ doctrinæ, & institutioni subjeci.

Teneros in suscipis annos.

37. *Socratico Cornute simus.*) Ibi tu, ô Cornute, tñ-neros meos annos, tenerum me, & radem ætate, & eruditione, suscepsum simu Socratico, honesta disciplina, præceptis, institutisque Philosophiaæ excoluisti, & informasti.

Socratico, etc.) Id est doctrina illa rigidiori Stoïcorum, quæ potius justa, & honesta agere quam dicere jubet, à Socrate primùm, dein ab Antisthene, Diogene Cynico, Cratete, Lenone, Cleanthe & aliis profecta.

Simus.) dixit per Metaphoram, quia teneros simu excipimus, & suscipimus.

Tunc

38. *Tunc fallere solers, &c.*) Ibi vero honesta tua, & salutaria virtutum, & honestatis præcepta velut solers, limata, & exacta regula rebus humanis opposita, ostendit, & demonstravit obtortos, pravos, & malos mores fallere, decipere, & homines in errorem, & exitium inducere.

Solers.) acuta, dextra, ingeniosa, exacta, quasi cui soli ars adsit.

39. *Et premittur ratione animus, vincique laborat.*) Ibi tuâ doctrinâ, & institutione tantum proficio, ut ratio animum, iram, libidinem, & reliquos affectus premere, subigere, vincere, corrigerem incipiat, animusque, pravi & mali affectus correcti, rationis industria, & solertia jam laborant, & student ut vincantur, subigantur, & à ratione corrigantur.

Animus.) hoc loco pro ira, & aliis affectibus ponitur, idque imitatione Græca, nam illis frequenter opus pro ira ponitur. Sic Virgilius:

Vince animos, irâmque tuam qui cetera vincis.
Et Horatius, *Animum rege, qui nisi pareret*

Imperat, hunc frenis, hunc râ compescere catena.

40. *Artifices quo tuo ducit sis pollice vultum.*) Et quemadmodum artifices vultum, & imaginem aliquam in informem ceram, vel aliam materiam exprimunt, ita animus meus rudis, indigestus, informis sub tua disciplina, & institutione, tanquam sub pollice, & manu artificis artificiosum vultum ducit, & suscipit.

41. *Tecum etenim longos memini consumere Soles.*) Haec tenus diligentem fidem & solerter eujus institutionem non predicavit: Iam secundum sui præceptoris

Cornuti

Cornuti beneficium memorat, quod quotidie ipso familiarissimè usus sit, & una cum ipso vixerit. Quin & ó Cornute, quotidiana consuetudine, & familiaritate adeò conjunctissimè tecum me vixisse memini, ut etiam longos dies colloquiis familiaribus contriverimus, & consumserimus. Sic Virgilius,

Cantando longos memini me condere Soles, hoc est dies.

42. *Et tecum primas epulas decerpere noctes.*) Nec diurno solum tempore tibi adesse memini, sed saepè tecum cœnare, & inter epulas primas noctes, vel primas noctis partes & horas differendo decerpere.

Decerpere.) Metaphora. Ut primitias frugum decerpimus:

43. *Unum opus, et requiem pariter disponimus ambo.)* Tertia laus, & prædicatio Cornuti à fatali morum similitudine defumta. Nec solum tuâ doctrinâ me efformasti, tua familiaritate me tibi conjunxisti, verum insuper etiam accedit tanta inter nos optimorum & honestiorum morum similitudo, quæ amicos arctissimè conjungit, & amicitiam inviolatam conservat, ut idem omnino velimus, idem nolimus, quædemum vera amicitia est; ut eadem nobis placeant, eadem displiceant, ut unas, & eisdem operas pariter exerceamus, & pariter ab opere quiescamus, & eodem omnino modo labore, & quietem disponamus.

44. *Atque verecunda laxamus seria mensa.*) Et eadem voluntate, & studio in mensa, ubi honesta, verecunda, gravia, & seria alias tractamus, de nostrâ gravitate aliquid interdum remittentes, seria laxamus, iisque jucunda, & jocosa inserimus, & intermixemus.

N

45. *Nonequidem hoc dubites, etc.*) Quæ profectò ubi confidero, & animo mecum perpendo, nihil de hoc dubito, quin fatalis, & arctissima sit hæc animorum nostrorum conjunctio, & fædere certo, ex fatali quodam siderum influentiâ, vel influxu dependente, inter nos consentiamus voluntate, laboribus, studiis.

47. *Nostra vel equalis suspendit temporalib[us] Parca tenax veri.*) Sive enim Deus, vel divina providentia, vel fatum, & Parca, quæ profectò vera, nemini unquam fecellit, nostra tempora, & spacia ortus & nativitatis, æquale lance & librâ suspendit, & temperavit. Dicit autem ex Alegorū Astrologorū inquam opinione, qui etiam animos hominū ex mente divinâ de promtos fatali necessitatī astrorū infinita multarum rerum confusione, & absurditate, terminè subjiciunt. Horatium imitatus, qui dicit,

Sex libra, seu me Scorpius aspicit, etc.

48. *Sic nata fidelibus hora, Dividit in geminos concordia fata duorum.*) Sive nativitatis hora quæ fidem nō nobis amicis contigit, concordia, & inter se convenientia ducrum fata in geminos dividit, & geminorum virtute coæquat, temperat, digerit, & dispensat.

50. *Saturnumq[ue] gravem nostro Iove frangimus una.*) Sive denique Saturni gravitatcm & inclemantium Iovis benignitatem & clementiam unā frangimus & prius mitigamus. Loquitur ex sententia superstitionum illorum, & nugivendorum Astrologorum, qui nescio quas nārias & nugas hic tradunt.

51. *Nescio quod certe est, etc.*) Certè fieri non potest,

test, ut cùm tanta sit animorum, voluntatum, studiorum, & laborum arctissima conjunctio, & similitudo, quin aliqua sit fatalis influentia ex astrorū conjunctione orta, quæ me tibi temperat, conjungit, copulat.

52. *Mille hominum species & rerum discolor usus.*)

Illustrat quod dixit à comparatione aliorum. Et tantā quidem inter nos duos similitudo: Et quod impendio magis admireris, cùm aliàs quot capitum vivunt homines totidem studiorum millia, & tanta ingeniorum sit varietas, & diversitas.

Mille hominum species, etc.) Sunt admodum varie, & diversæ hominum figuræ, & species, & valde discolor, varius, dispersus, & dissimilis rerum humana- rum usus. Sic Terentius, *Quot capita tot sententia, suis cuique mos est.*

53. *Velle suum cuique, etc.*) Vnusquisque habet suam voluntatem, sua studia, nec uno vel eodem votio vivitur, non omnes unum & idem optant, & desiderant. Sic Horatius,

*Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis, quot capitum vivunt, totidem studiorum
Millia.*

Et Virgilius, *Trahit sua quemque voluptas.
Et Græcus ille, ἡμῶν ὥρα τὰ σώματα τὸν ἀριθμὸν
τοξεύει καὶ τὴν οὐρανοῦ μέτρην.*

Nostri quo numerō sunt capita, tot etiam mores & studia videre est.

54. *Mercibus hic Ital[is].*) Probat quod dixit de diversitate ingeniorum & studiorum hominum, exemplis. Ecce enim hic sub sole recenti, vel India-

Orientali mutat mercibus Italiciis rugosum piper, & pallens cynamum commutat. Sic Horatius,
Mutat merces surgente à Sole, etc.

Mutat,) id est, mercibus merces commutat, quæ antiquissima fuit negotiatio.

Sole recenti,) id est oriente, cum enim oritur sol, adhuc recens quasi est. Horatius idem dixit; *Surgente à Sole.* Piper autem rugosum ex Indiâ orientali adfertur.

55. *Pallentis grana Cymini.*) Cuminum vel Cynamum herba notissima, semen ferens copiosum, & canaliculatum, quod cum vino epotum pallorem gignit, unde & Horatio dicitur ex langue. lib. i. Epi-

— *Quod si*

Pallerent casu biberent ex sanguine cuminum.

56. *Hic satur irriguo mavult turgescere somno.*) Alius igitur avarus, & negotiosus, lucrique cupidus est. Alius contraria luxoriosus, profusus, & prodigus. Genio, voluptati, & gulae vult indulgere, & satur cibo, & potu distentus mavult turgescere irriguo somno.

Irriguum,) est quod facile irrigari potest. Hoc loco somnus irriguus activè dicitur, qui ab exhalationibus, & crassis spiritibus cibi, & potus adjutus cerebrum irrigat, & homini facile somnum conciliat.

57. *Hic campo indulget.*) Hic campestres exercitationes sectatur, & ludos.

58. *Hunc alea decequit; Ille in Venerem putris.*) Nec deest quia aleæ, & ludo operam det, & se suaque decoquat, & consumat; alius Venereas res sectando turpibus, & flagitiis libidinibus se contaminat. Et sic alius avarus negotiat, alius intemperans, & voluptua-

luptuarius est, aliis exercitationes, & ludos campi amat, aliis aleæ suas facultates exhaustit, & amittit; aliis in Venerem est solutus, & prouintissimus. Ducta Metaphora à terrâ putri.

Sed cum lapidosa chiragra.) Sed quo eventu hæc variis studia sectantur? Nempe ubi ob luxuriam, & avaritiam, aliaque, in morbos incidunt, & chiragra, & alii morbi articulos veteris, & enervati corporis ramos invaserint, & infregerint: Ibi demum serò, sed serò illos piget, & penitet, dies vita praeterite tam stulte esse perditos, & elapsos.

Lapidosa,) quo nomine alias Tartarea appellatur. Tartarus enim articulos & ossa invadit, id est materia calculosa, qualem interdum dentibus abradimus.

59. *Veteris ramalia, etc.*) Elegans Metaphora à vetustis arboribus, cuius rami jam arescere, frangi, & decidere incipiunt, id est enervati, & imbecilli corporis membra, &c.

60. *Tunc crassos transire dies, etc.*) Tunc serò ingemiscunt, & dolent crassos, obscuros, & torpentes dies, & lucem vitæ obscuram, & caliginosam jam præteriisse.

Crassos dies.) vocat clarâ, liquidaque luce carentes & crassum, & caliginosum habentes cœlum, intelligit obscuram, & ingloriam vitam, quam morti, & noctis similem egerunt.

Lucemque palustrem.) intelligit lucem paludum nebulis, & caligine offusæ, & tristissimalem, qualis lux, & vita illorum, qui vivi mortui sunt.

61. *Sibi vitam relictam.*) Hoc est à se vitam esse relictam, & jam peractam.

62. *At te nocturnis juvat impallescere chartis.*) Redit ad laudes Cornuti, desumptas ab honestis studiis. At tu longe à vulgaribus illis imperita plebeculæ studiis & curis alienus, longeque remotus es, Cornute præceptor carissime, quem juvat humanioribus literis, & liberalibus disciplinis dies, & noctes immori, & immorari.

Impallescere.) Quod intentis studiis pallor contrahatur, nemini ignotum, & ex superiori aliquo loco constat.

63. *Cultor enim juvenum purgatas inseris aures.*) Quinta Cornutius laus, quod juventuti, sua institutio, suisque præceptis ad virtutem, & honestam viam præeat. Tu etiam, Cornute, non solum tibi studiisti, sed quæ solerti diligentia, & invicto studio percepisti, illa singulari, & accurata dexteritate, & solertia junioribus tradis, & inculcas.

Inseris purgatas aures, etc.) Id est seminas, & implantas tuis discipulis aures purgatas ab omnibus vitiis, & pravis cupiditatibus alienas, frugiferis Cleanthis præceptis. Fuit autem Cleanthes Philosophus Stoicus Phani Asii filius, & Zenonis discipulus. Qui cum esset pauperissimus, noctu aquis hortos irrigabat, diurno tēpore studiis operam dabant. Vnde *φρεστης*, id est puto rūm exhaustor dictus. Traquunt eum quæ à Zenone audierat ossibus boum, & testis fictilibus inscripsisse, cùm pecunia ad emendas chartas non sufficeret. Hujus diligentia abiit in Proverbium: Nam ubi aliquid summa cura, & industria elaboratum significatur, ad Cleanthis lucernam elaboratum dicimus.

64. *Petite hinc juvenesq; senesq; finem animo certum, m.v.c.*) Salutaris hortatio, & admonitio spectans ad omnes, & singulos. Hinc ex Philosophiā quæ viam vitæ demonstrat, & animos hominum vitiis purgat, ò juvenes, ò senes, omnes, & singuli certum animo vobis finem ad quem omnia vestra dicta, & facta spectent, deligite, & hinc petite, & comparatè vobis ſenio confeatis, & miseriſ vestris canis viatica. Certè Philosophy, & sapientia optimum viaticum, qua quis ſemper in patria degit, & omnia habet, omniaque ſecum portat.

65. *Cras hoc fiet.*) Hucusque Præceptorem suum Cornutum laudavit, Iam incipit commendare Philosophiam; & reprehendit adolescentes qui studia Philosophiā procrastinando negligunt, & paullatim ad disputationem de vera Libertate progradientur. At quid salutari hac admonitione, & exhortatione ad studia sapientiæ proficimus, & promovemus? Insignem verò ſocordiam, & segnitiem adolescentum! qui nunquam vivunt, ſed ſemper victuri sunt, nunquam Philosophiæ operam dare incipiunt, ſed ſemper incepturi: Semper admoniti, cras ſe incepturos promittunt; Sed ut rectè Martialis, *Dic mihi cras ifstum Posthume quando venis?* nunquam ſcilicet; & ſic totam vitam procrastinando tranſeunt.

Cras hoc fiet.) Admoniti, Cras hoc fiet, inquiunt, & cras studiorum initium fiet. Idem cras fiet. Rurſus ubi dies ille effluxit, ingeminant. Idem cras hoc fiet.

67. *Quid? quasi magnum, nempe diem donas?*) Verba prorogantis rectè vivendi horam, & tēpus. *Quid?*

estne hoc adeò magnum, & memorabile, si unum adhuc mihi diem, quo Genio, & voluptatibus indulgeam, dones & concedas?

68. *Sed cum lux altera venit, &c.*) Respondebat Persius, Nunc illud cras hesternum adest, & consumatum est, nec tu tamen tuam vitam corrigis, & studia incipis. Sed aliud cras, & subinde aliud cras, quod tibi concedi postulas, egerit, aufert, & consumit hos tuæ vitæ, & ætatis annos, & semper per ejusmodi cras paullum ætatis, & vitæ tuæ erit, ultra, præterlapsum, & præteritum. Verissima hæc esse omnes, & singuli experimur, omnes cras incipiemus, rari hodie incipiunt. Et salutare profectò illud Horatii, *Sapere aude,*

*In cipe, vivendi recte qui prorogat horam
Rusticus, exspectat duns defluat amnis, asille
Labitur & labetur in omne volubilis avum.*

70. *Namquamvis prope te, quamvis temone sub uno.*) Vanam illam, & perniciosem procrastinacionem simili demonstrat, & illustrat. Nam, ut rota posterior quadrigæ, & in axe secundo, & posteriori current, licet videoas propete, & sub uno temone, eadem celeritate priorem rotam se circumvertere, tamen tu ejus canthum frustrâ sectaberis, quam nunquam assequeris, cum posterior curras, & in axe secundo, & posteriori: Sicut o procraftinator, licet cras hesternum prope te est, tamen nunquam rursus assequeris, & recuperabis, nec posteriori praesenti, vel futuro tempore unquam præteritum antevertes. Antapodosis hæc omissa subintelligitur. Est autem constructionis talis: Nam o rota, frustrâ sectaberis canthum, quamvis vertetem se, prope te, & quamvis sub uno

I N P E R S . S A T . V . 201
temone, cum tu posterior rota quadrigæ sis, & in axe secundo curras, &c.

Temo.) Lignum currus, inter equos intermedium, continens jugum in curru, vel plaustro.

Canthum.) id est ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur, vel ferrum quo absis munitur. Græcis paxo, vel iniuræ.

73. *Libertate opus est.*) Aggreditur jam pulcherrimam illam disputationem de libertate, & verâ quidem, quæ tantum Philosophiæ studio comparatur, ut rectè Seneca dixit, Philosophiæ inservias oportet, ut tibi contingat vera libertas: nempe quam omnes homines, qua homines appetere debent, Certè quan nemo bonus nisi cum vita omittit. Est autem Philosophiæ commendatio, quæ homines liberos reddit.

Libertate opus est.) Id est ad libertatem homo, si verus homo es, alpires oportet.

Non hac ut quisque Velina Publius emeruit scabrosum tessera far. Posset.) At quâ libertate? non hâc, quâ quisque Publius, vel Marcus civitate donatus & ex servo factus liber, & in Velina tribu constitutus, tessera, vel alio certo tribus signo, far, & frumentum posset. Velina autem tribus numero aliarum trium accessit, Romæ autem erat consuetudo, ut qui ex manumissione cives Romani efficiebantur, & tribui huic Velinæ inscriberantur, in numero civium Romanorum frumentum publicum acciperent: Nam qui circa Velinum lacum habitabant, Romam translati sunt. Sic I. Lipsius hunc locum explicat.

Emeruit Publius Velina,) id est ex servo factus est

liber. Nam liberti prænomen patroni capiebant, & à fine tribum: ut P. Licinius Velina. Simul igitur, inquit, ac liber factus, possidet tesserulam frumenti.

Scabrosum.) Vile, multis paleis immixtum, qualia illa frumenta publica.

Heu steriles veri!) O veritatis ignari, à veritate & ratione alieni! qui hanc libertatem existimatis. Græcisimus.

Quibus una Quiritem Vertigo facit,) quibus una vertigine circumactus pessimus quisque, Quiris, & liber redditur, & evadet. Quos manumittebant, eos alapâ percussos circumagebant, & liberos confirmabant; Quiritem autem singulariter abusivè dixit licentia Poeticâ.

76. Hic Dama est non trebis agaso, &c.) Nam si hæc vera libertas est, ut qui externis dominis non possidentur, statim liberi sint, quid obstat quò minus etiam pessimi, & vilissimi quique libertatem consequantur. Etenim hic Dama vilis, & minimi precii agaso, insulsus, stupidus, & in tenui farragine, mendax, & perfidus, simul dominus eum verterit, & manumiserit, evestigio in ipso temporis articulo, liber exit.

Trebis.) vilis, nihil, quasi trium assium.

Agaso,) equorum vel asinorum ductor ab id est duco.

77. Vappa.) propriè quod est neque vinum neque acetum. Hoc loco pro insipido & insulso nebulone ponitur. Sic & Horatius.—*Non ego avarum*

Cum voto te fieri vappam iubeo, aut nebulonem.
Lippus.) propriè cui oculi fluunt, hoc loco pro im-

probo, bardo, obtuso, & minus perspicaci.

Intenui farragine.) in rebus vilissimis, & minimis. Farrago propriè quod ex multis satis, hordeo, vicio, leguminibus fit pabuli cauſa.

Mendax.) perfidus, infidelis, perjurus.

78. Verterit,) ubi, vel simul verterit, hoc est ex servo liberum pronunciaverit.

Momento turbinis,) puncto temporis, quo turbabo excitatur, id est ex templō.

79. Marcus Dama.) Dama nomen servile per diminutionem ex Demetrio; ut Menas ex Metedoro, Illeservus ubi circumactus fuerat, vindictaq; prætoris manumisitus, liber, & civis habebatur, & nomen Marci ei præponebatur vel Publīi, &c. vel Quinti. Quod & Horat. norat, dicens: *Quinte puta aut Publi,*

Pape! Marco spōndente recusas (redere tu nummos.) Acres, & amaræ Ironia vel Sarcaſmi potius. Egregium verò libertum, & civem Romanum hunc Marcum Damam! An hoc spōndente pro alio, & fidem suam interponente tu recusas numinos credere, & Marco fidem adhibere? minimè verò cùm ad eo insignis civis Romanus ex vilissimo nebulone evaserit. Est autem Ironia. Nisi mavis hæc accipere tanquam objectionem alicujus hanc libertatem defendantis, & extollentis.

80. Marco sub judice palles,) An, ubi Marcus judicium exercuerit, tu pallebis, & trepidabis, vel injustam sententiam exspectabis, à judice tam sapiente, & accurato?

81. Alacrus dixit: ita est. Asigna Marce tabellas.) Quid ubi Marcus Dama dixerit, rem ita se habere

tu credere nolueris, & dices: Assigna tabulas Marci vel tabellis a signatis hæc vera esse testare, ne postea dictum aliquid negare possis? Quasi dicat; illud verò absurdum est, iustitiam vel fidem in tanto vero desiderari. Ironia.

82. *Hæc mera libertas & hanc nobis pilea donant?*) Est ne igitur hæc vera, mera, & solida libertas, quam nobis pilei libertatis insignia donant. Misericordia vero libertatem Marci Damæ, cui ob summam perfidiam nemo credit, quem ob prævitatem, & ignorantiam, omnes in iudicio metuant, quem ob vanitatem meo in testimonium adhibeat.

Pilea.) Dicimus pileus, & pileum. Pileum autem servi manu emissi à dominis raso capite, vel calvi accipiebant, libertatis insigne.

83. *An quisquam est aliis liber, &c.*) Objectio stupidorum, & ineptorum hominum, qui nihil ultra id quod in oculos incurrit, & superficiem, animo concipere possunt, existimantes veram servitutem esse licentiam faciendi quicquid libet, potestatem vivendi ut velis, ut à Stoicis definita etiam est. Sed alio sensu.

84. *Licet ut volo vivere.*) Affumatio ex definitione illâ libertatis.

85. *Non sum liberior Bruto?*) Conclusio. Est autem integer Syllogismus, Libertas est potestas vivendi, ut velis. Mihi licet, quod libet. Ergo ne liberior etiam sum Marco Junio Bruto, qui & ipse liber fuit & populo Romano exactis à se Regibus libertatis auctor exstitit.

*Mendosè colligis inquit Stoicus hic aurea mordaci
lotus.*

lotus aceto.) Responfio Poetæ. Hic verò Stoicus auctus, & subtilis absurdâ tuâ hæc ratio cinatione auditâ, inquit, & respôdet: Apagesis in epte Logice cum hæc tuâ assumptione, & illo quod inde mendosè colligis.

86. *Aureum mordaci lotus aceto.*) i. qui habet aures delicatas, teneras, & purgatas, quæ facile crassam tuam argumentationem deprehendunt, & sentiunt, cujus aures sacri, & acutâ disciplinâ instructæ, & Dialecticis exercitationibus exercitatae, non falluntur adeo crassis ratione cinationibus. Nam acetum pro acume apud Plautum, & passim ponitur.

87. *Hac reliqua accipio, licet, ut volo vivere, tolle?*) Verba Stoicis respôdentis. Definitionem accipio, sed quod inde colligis te ita vivere, ut cupis, & desideras, pernego. Tûne enim ita vivis, ut cupis, & desideras?

88. *Vindicta postquam mens à Prætorerēcepī, &c.*) Objectio. Cur mihi non liceat facere quodcunque voluntas, & libido jussit, & imperat, præsertim cum vindicta Prætoris meus sim, liber, & mei juris? Cur non quod libeat, liceat, iis solutissimodo exceptis quæ Masuri Sabini, & aliorum legislatorum rubricæ, & leges vetuerunt?

A prætore.) Quomodo vindictâ Prætoris servi liberi pronunciabantur, superius dictum. Virga enim Prætor manumittendi caput pulsabat, quod eum vindicat libertati.

89. *Masuri Irubrica.*) Intelligit juris consultum Masuriū Sabiniū. Rubricam autem hoc loco jus publicum in legum sanctionibus, contra quam jam illud vocabulum à Iuris consultis usurpatur. Est enim

rubrica minium quo tituli legū annotabantur. Nam veteres etiam in publico, legitimōque jure, rubricas posuerunt, ut capitibus majestas legibus accresceret, sinopide, vel cinabari notatis, & insignitis, & sanguineum quiddam, & crūētūm etiam fortasse minitantibus. Id quod & innuit Prudentius contra Symmachum lib. 2. cūm dicit, *Dicant cur condita lex sit*

Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minutetur.

91. *Disce, sed ira cadat nāso, rugosāq[ue] fannā.*) Responsio Persii. Iterum bone liberte impingis, & quia quid vera libertas sit ignoras, Disce, sed ut discere possis iram à naribus illis caninis remove; & fannas illas, & irrisiones, & contemtum honestarum, & fatalarium præceptionum tam diu abjice, dum tibi animalia deliramenta, & inanes opiniones de pulmone revello, & ex animo extirpo.

Ira cadat nāso.) Nam & ira nāsi habitu indicatur.

Rugosāq[ue] fannā.) Desumtum irridentium habitu, quin nāsum in rugas contrahunt.

92. *Veteres avias.*) Pulcrè dixit, & joculariter pro anilibus deliramentis, veteribus & falsis de rebus conceptis opinionibus, quæ difficulter extirpātur.

Revello.) Nam opiniones illæ veteres, & diu conceptæ ægrè pulmone, vel animo revelluntur.

93. *Non prætoris erat stultis dare tenuia vita Officia, &c.*) Hoc est, cūm solus sapiens liber sit, & sapientis proprium sit suis officiis rectè perfungi, quarum rerum scientiam complectitur; Non prætoris erat, eam scientiam stultis tradere, & eam exactam administrationem rerum horinibus nihil dare, & pessimis quibusque, multo minus liberè vivendi potesta-

testatem, & copiam permittere, etc. quæ ad solum sapientem pertinent.

Tenuia rerum officia.) Est libertas & rerum sublimum, & subtilium solers, & exacta secundum virtutem, & decorum administratio. Produxit autem primam syllabam, in tenuia, ut non quatuor sed tres tantum sint syllabæ. Sic Lucretius,

Tenuis enim natura Dei, etc.

94. *Vt sum rapida vita.*) Id est rationem rectè vivendi, ne in labyrintho hoc, aut mari vītē humanæ, quis erret, & naufragium faciat. Quod non Prætoris erat, sed viri sapientis, & Philosophi.

95. *Sambucam ciuius Caloni aptaveris alto.*) Hoc est, Prætor facilius Calonialto, id est grandi, & bardo militum servo, sambucam aptaverit, & consequetur, ut prægrandes illi militum calones, Musices imperiti, sambucâ rectè canant, quām ut obtineat, stultos illos, quos liberos pronunciat, qui scientiam vītē non sunt adepti, officia vītē possint obire, & proinde verè liberiesse. Est autem Sambuca idem quod Nablium, quod nos Harpani appellamus.

96. *Stat contraria ratio, & secretam gannit in aurem; etc.*) Quin & ipsa humana ratio repugnat, & unquamque etiam secreto in suo animo admonet, ne id quicquam facere liceat, quod agendo vitiat, cui faciendo par non est, & quod si suis viribus majora tentet, non rectè agit, nec rectè administrat.

Secretam.) tacitam uniuscujusque rationem intellige, quæ reclamat.

Gannit.) Gannire vulpium est. Hoc loco inculcare

care, secretò dicere, & quasi immurmurare;

98. *Publica lex hominum, naturæ consuetudinæ hoc fas.*) Nam & publica hominum, & naturæ lex hoc fas, hanc iustitiam in se continet; ut officiorum, & rerum imperiti, & ignari, actiones, & administrationē talium rerum, officiorūm verē tenēant, inhibeant, relinquant, ut nemo artem exerceat; quam non novit, nemo sapientiam, vel libertatem profiteatur, & jaēt, quam nunquam didicerit, nunquām verām affecutus sit.

99. *Inscia debilis.*) Ignari, imperiti, impares viribus talium rerum administrationi.

100. *Dikus Helleborum, etc.*) Declarat aliquot similibus ut, τὸν ἀριθμὸν τῶν τεχνῶν εὐτέλης. Et quā quisq; novit artē in hac se exerceat, nec se rebus ad se non pertinentibus, & suis viribus majoribus immiscerat. Ut enim natura Medendi, & vetat, & magnopere reclaritat, aliquem Helleborum in remedium ægrotō diluere, & commiscerē, qui Medicus non sit, neque sciat certo puncto, certā, & justā, debitāq; proportionē exāmen ejus compescere; Sic & stultus, & impudens, quirudis, & ignarus administrationem earum rerum quā ad verē sapientem, verē liberum spectant, suscipere ausit.

101. *Nescius compescere.*) Græcismus toties Persio usitatus.

Puncto.) Non ad trutinam, sed ad statuēam refer, quā punctis, & uncīis signatur. Imitatus autem hoc loco Horatiū videtur lib. 2. Ep. *Navem agere ignarus navis immet, Abrotanum agro, Non nisi qui didicere, quod medicorum est. Promittunt medici tractant fabrilia fabri.*

102. No

102. *Navem si poscat sibi peronatus arator, &c.*) Et eodem omnino modo, si rusticus & aratorrei maritimæ rudis, & siderum ignarus & imperitus navim sibi regendam, & gubernandam exposcat. non imerito Melicerta ille maris, & portuum Deus cum maximā indignatione exclamat, pudorē jam omnino de rebus humanis, & ipsis hominibus periisse, & exulare.

Navem.) regendam scilicet.

Peronatus.) Pero genus calciamentis rusticis, ex corio crudo, contranives, imbræ, & frigora. Hinc Peronatus, id est peronibus calciatus.

103. *Luciferi rudis.*) Ignarus, & imperitus aftrorum, quorum mediocris cognitio in Gubernatore navis requiritur.

Melicerta.) Fuit Inus, & Athamantis regis Thebarum filius, qui cum matre, cùm Athamas pater fureret, se in mare præcipitavit, & miseratione Deorū in numina marina transformata sunt: Ino quidem in Leucotheam, quæ alias Matula dicitur; Melicerta in Palæmonem, qui alias Portunnus, maris, & portuum Deus.

104. *Frontem de rebus.*) Id est Pudorem, Tempum enim pudoris Frons.

Tibi recto vivere talo.) Docet jam quis sit verē liber, & quibus ille nobis cognoscatur. Veram igitur sapientiam, & libertatem nec potuit tibi Prætor concedere, nec tu tibi, præfertim cùm talis sis, potes arrogare, non magis quam imperitus militum servus sibi Musicam, aut peronatus arator artem gubernandi navem sibi verē arrogaverit: Sed tum demum ve-

rē liberum te habebo, & pronunciabo, ubi ars, & honesta disciplina tibi dedit, & concessit, & te docuit, recte talo vivere, directis pedibus ambulare, & veram recte vivendi viam, &c. Est autem rectus talus eorum qui stant, illorum qui cadūt non rectus. Hinc illa translatio, & Metaphora elegans. Et significat recto animo recte secundum virtutem vivere Horatius lib.2. Ep.1. *Securus cadat, an recto stet fabula talo.*

105. *Et veri speciem dignoscere calles.*) Id est. Vbi inter vera, & falsa, inter certa & ficta, inter folida & pura, & inter mendosa & fucata poteris discernere, neque quis adulterino, & obaurato ære, vel subærato auro, pro solido auro, tibi possit imponere, id est ne vitia, virtutis specie te possint decipere.

106. *Nequa subærato, &c.*) id est, ne quid forte veri habens speciem, & solidi, mendosum tinniat auro subærato, hoc est quod subtilis, vel interius æs loco auri habeat.

107. *Quæc sequenda forent.*) Et si in omnibus rebus, quid bonum, quid malum, quid faciendum, quid omittendum, quid denique sit sequendum, quid fugiendum exactè dignoscere, & discernere novisti, & virtutes creta, vicia carbone notasti. Solebant autem bona alho lapillo, mala nigro signare. Horat.lib.2.Sat.3. *Cretæ, an carbone notandi?*

109. *Et modicuſ voti, &c.*) Potrò si bona, honesta, & moderata à Diis exoptas, si non ad nimis sublimia, & excelsa, tuam sortē, tuas vires excedentia adspira.

Presso lare.) Si facultates non immodicas, & excedentes, sed moderatas, pressas, & mediocres appetis; si benignus, comis, humanus, & dulcis es erga amicos, &c.

110. *Iam*

Iam nanc astringas, jam nunc granaria laxes.) Si munis, & bcnigfus erga omnes facultates acquisitas, acquisitis fruaris, si circumstantiis omnibus recte observatis opes tuas, tua granaria modò occludas, & parcè de promas, modo aperias, laxes, & aliis liberalitate tua prodeesse, & benefacere studeas.

111. *Inq, luto fixum possis transcendere nummum.*) Si adeò es erecti, & excelsi animi, & ab omni cupiditate, & avaritia remotus, & alienus, ut fixum à pueris nummum in luto pertransreas, & ne quidem aspicias. Tractum à lusu puerili, quo in viis nummo fixo prætereuntes illuduntur. Horatius eodem respectu lib.1. Epist.16. *In trivis fixum cùm se dimittit ob assēm.* Hoc est, se ad terram inclinat, ut nummum vel assēm tollat.

112. *Nec gluto sorbere salivam Mercuriale.*) Et si deniq; non ut avidus gluto, & heluo, salivam Mercuriale, opes, & divitias, avarus & sordidus avide forbeas, & appetas.

Mercuriale.) Ideò dixit quia ipse præfectus lucro credebatur, unde & cum sacculō pingebatur, & à negotiatoribus plurimum colebatur.

113. *Hac mea ſunt, teneo, &c.*) Si hæc omnia verè de te pronunciare poteris, quod verum à falso, sincerum à fucato, bonum à malo exactè possis discernere, quod mediocribus, & tuis vivas contentus, quod erga omnes munis, & liberalis sis, ab avaritia, & sordibus alienissimus. Cùm, inquam dicis hæc mea ſunt, hæc teneo, & posseideo, & si verè dixeris, tunc esto verè liber, verè sapiens, omnium Prætorum vindictâ corpore liberimus, & dextro, & favente

O 2

Iove animo sapientissimus , nihil impedis , nihil d. minino contradico.

115. *Sintu, cùm fueris nostra paullo ante farine,*
(&c.) Sin verò tu cùm paullo ante nostræ farinæ, ma-
lus, & stultus fueris , licet corpore liber pronuncia-
tus, veterem pelliculam rētines, & antiquum obti-
nies, & malos, & depravatos mores nō exuis, sed ho-
nesto fronte, & ingenio superciliosi libidines , astu-
tias, fraudes, & impoturias in vapido pectori, turbido,
& fucato animo servas, tegis, & abscondis: o-
mnia illa quæ superiūstib⁹ dederam, & concesseram
libertatem corporis & animi, nunc ab te repeto, &
tibi adimo, & funem vel habenas anteā tibi laxatas,
& remissas reduco , & retraho, & ex libero seruum
vilissimum pronuncio.

116. *Pelliculam veterem.*) mores, & vitia intelligit.
Fronte politus.) Si faciem videas quantivis preci⁹.

117. *Vapido.*) nebuloso, turbido, minus bono,
candido, & sincero.

Vulpiem.) dolos, fraudes, & versutias , & impo-
sturas, & alia vitia intelligit.

118. *Funem reduco.*) Relaxatum frenum rursus
retraho. Nam antè certis conditionibus liberum
illum pronunciaverat.

119. *Nil tibi concessit ratio , digitum exferere, peccas.*) Hoc est, nihil rationis, nihil sapientiae tibi attri-
butum est, adeò ut ne digitum quidem exferere pos-
sis, quin pecces , & impingas , & quid tam parvum
est, quam digitum exferere , tamen tibis sine peccato
hoc facere minimè concessum est.

Digitum exferere.) Variè hoc explicant. Vetus In-
terpres

terpres ita: Digitum tolle , & ostende victimum esse
à vitiis. Tractum à gladiatori⁹bus, qui victi ostensi-
one digitiveniam à populo postulabant. Sed rectius
Tumebus, dicit eum Stoicorum sermone uti, qui ne
digitum quidem exseri , ut oportet, à stultis existi-
mant.

120. *Sed nullo thure litabis Hereat in stultis b. u.*
(&c.) Quin tu etiam nullo thure litabis, nullis sacri-
ficiis, nullis victimis à Deo impetrabis, ut vel mini-
mæ semuncia rectæ rationis, exigua mica salis, & sa-
pientiae, in stultis, & in te stulto hæreat.

121. *Semuncia.*) Dimidia pūncia; ponitur hoc lo-
co pro particulâ maximè exiguâ.

122. *Hec misere nefas.*) Nullus Deorum adeò
absurdè , & injustè unquam egerit, ut bonum cum
malō, verum cum falso , sapientiam cum stultitia , li-
bertatem cum servitute conjungat, & confundat. Sic
Seneca de Provident. Cur tamen Deus aliquid ma-
li patitur contingere bonis? Ille vero non patitur, &c.
& Nihil accidere viro bono mali potest , non mi-
scentur contraria.

Nec cùm sis cetera fessor Tres, &c.) Similirem de-
clarat, & probat. Nam velut quidam quantus quan-
tus fessor , & rusticus, decorè minimè saltat, & ne
quidem ad tres tantum numeros Satyri Bathylli ua-
quam aptè , & congruenter saltaverit, & saltum mo-
tu conveniente corporis expresserit: Ita minimè stul-
tus qui secundum rectam rationem unquam vixerit,
nec quianimo servus est, veram libertatem unquam
consecutus fuerit.

123. Fuit autem Bathyllus Pantomimus , & Ma-

cenatis libertus. De quo Horatius lib. 2. Ep. I.

Ludentis speciem dabit, & torquebitur, ut qui

Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopamovebitur,

Per Satyrum intelligit pedibus agilem, & saltatorem eximum.

Cetera fōssor.) Figurata locutio, & Graeca; nam Graci & saepe subintelligunt. Significat igitur quoad cetera. Martialis,

Visceribus bonusest, cetera vile sapit.

Et Virgilius, *Cetera Grauius.* Et Cicero, *Non solum enim Poeta suavis, verum etiam cetera doctus, sapiens, que, traditur.*

124. Libereo.) Objectio stolidi liberti, aut alius cuiuspiam. Ego tamen inanumissus, & liber sum, & nullius dominio subjectus.

Vnde datum hoc sumis, tot subdit rebus?) Responso Persi, quod te, unde hoc tibi sumis, & usurpas quod te liberum dicas, quam fronde hoc potes affirmare? tunc liber, tot rebus, tot imperiosissimis dominis subjectus, & subditus?

125. An dominum ignoras, nisi quem vindictare laxar?) An vero tu a deo bardus, & stupidus es, ut existimes nullum esse alium dominum, nisi a quo vindicta pratoris liberum pronunciat, nullam servitatem, nisi quae externa illa libertate relaxatur.

126. I puer, & strigiles Crispini ad balnea dete, &c.) Scilicet: Vbi ego, vel alius quispiam dominus imperiosa voce pronuncio, & pueros, vel servos intereo: I puer, & strigiles deter ad balnea Crispini, cessas ne nugator, & maftigia; talia servitia acria, tali mandata minantia, & imperiosa, te non amplius

I N P E R S . S A T . V . 215
terrent, urgent, & impellunt? Ergo nullum tu agnoscis servitum, nullum dominum, sed es liber, & tui juris?

128. Nec quicquam extrinsecus intrat Quod nervos agitet. i. Vbi nulla extrinseca, aut externa violentia, ut verbera, & flagrante invadit, & nervos tuos agitat.

129. Sed si intus, & in jecore ergo Nascentur domini, &c.) At ubi in jecore tuo ergo, in pectore tuo & corde tot affectibus obnoxio, alii imperiosissimi domini, & quidem contrarii tibi nascentur, avaritia, luxuria, ira, libido, ambitio, quæsto, quo pudore, aut fronde liberum te pronunciare non revereris? & quo modo, aut ratione tu impunitior, vel liberior es servo vilissimo, & macipio, quem herilis metus, & scutica, & flagra ad strigiles agit & impellit? Turnebus haec paulo aliter intelligit, & explicat. Verba eius: Ostendit magis esse servuum, quilibetini paret & perturbationi, quam qui dominum habet, & servitutem servit. Nam si dominus tibi imperarit aliquid, sitamen cessator, & nugatores, te imperium herile nihil impellit; at si intus dominæ sunt perturbationes, quæ nos plectunt, ac servi cessatores à dominis verberantur. Sed illa prior explicatio nihil inconcinnior.

132. Mane piger sternis, &c.) Considera enim quælo, quam miris, & miseris modis te avaritia vexet, & exagitet, quæ ne dormire te permittit, & nocte, & die te insomnem detinet. Mane enim ubi piger adhuc sternis, illa imperiosissima domina capit tuo astat, & verbis imperiosiste compellat: Surge

piger, age surge. *Quod si neges, ulterius instat, & ingeminat surge.* Dicas: Non possum, illa Surge dicit; Interroges quid agas: Echo, inquiet illa, rogitas-tiam, naviga, advehē ponto peregrinas mērces, &c.

134. Saperdam.) *curigōns*, Pontici genus pīcīs, qui teste Atheneo, in Meotide optimus capiebatur. Solet, ut ait Nonius, per translationem pro venusto, & sapiente ponī. Varro Modio, Omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdā, cum simus *uāxpi*.

135. Caſtoreum.) *ctete* Plinio Castoris testes, phar-maci genus.

Stuppas.) Linum vīle est, quod lini cortici proximum est, è Græco *γυρεός*, alias unico p. scribi solet.

Hebenum.) Lignum Guajacum, nascitur in India & Aethiopia, adeò solidum, & ponderosum, ut in aqua subsidat, cuius color foris buxo non absimilis, intus omnino niger. Sine aspiratione iole scribi, & ni fallor rectius, ut & Græci *ενο*.

Lubrica Coa.) Vina ex insula Co intelligit. Est autem Cōs insula, in mari Aegao, una Cycladum.

136. Telle recens, &c.) Piper recens mari tibi ad-vehendum, & tollendum ē camelis adhuc fitientibus. Primus dicit, Ut co carius suas mērces vendere pos̄it. Porrò camelus, per triduum dicitur fitim tolerare posse. Sed ubi invenit aquam, tantum bibit, ut præterit, & futura siti satisfaciat.

137. Verte aliquid.) Negotiare, & speciem pro specie commuta.

Iura.) pejera. Et quid non suadet avaritia? certè radix omnium malorum.

Sed Iupiter audiet.) Ibi si respondeas te pœnam perjurii divinitus timere.

138. Ehe! Baro, regūſtatū digito, &c.) Respon-det avaritia, Echo, unde nova illa sanctimoniatibi, & religiosus Deorum metis, Baro, bardestultissime, & inepte, si cum Iove vivere contendas, & ejus pra-cepta, & mandata exsequi, nunquam profecto rem facies, & diteſces, & pauperrimus salem linges.

Baro.) Sic legit vetus interpres. Fuere autē Var-rones lingua Gallorum, vel barones, servi militum stulti simi, quippe stultorum servi. Vel baronem, vel varonem rusticum, & stultum intelligit, à varris, vel varis ducto nomine, fictardi, & stolidi, parumq; in-geniosi stipites, & caudices vocantur. Sententia au-tum hæc est: Stultus eris si jusjurandum colas, & nisi, vel perjurio rem quāras, vix saltibi, quem de-lingas, suppetet, ac salinum tibi proptersalis inop-iam, ut micas, & reliquias quaſdam ejus salini conchę tenaciter adhaerentes, revellas, erit pœnē digitis te-rebrandum.

Perages,) Vitam vives. Est autem constructio Graeca.

140. Iam pueris pellem, etc.) Id est, jam te succin-ctum, & paratum ad navigandum paras, & accingis, & accommodas sarcinas pueris, pellem, vidulū scor-teum scilicet & Oenophorū vel vas vinariū. Sic enim se comparare solebant, quia aliquò proficiscebantur.

Pellem.) dicit Persius pro mantica, & involucro vellis, supellectilis, aliorumq; utensilium, & sarcinarum.

141. Ocrys ad navim.) contendis, & te confers,

& nihil tibi obstat, nihil quicquam te moratur, quin statim mare Aegeum vasta trabc, & magnis navibus rapias, & trajicias.

142. *Nisi solers luxuria antè, etc.*) Ibi in hoc intentum repente alia contraria domina luxuria, te invadit, & corripit, & jam antè te seductum à proposito removet, & imperiosissima, & superba domina te compellat.

143. *Quò deinde insane ruis, quò?*) Quid hoc rei est? quod facinus tu incepas, quid vis tibi, & quid queris? quò stulte, & parum sane, ruis.

144. *Calido sub pectore mascula bilis intumuit, etc.*) Id est, vel luxuria cognito tuo confilio, vel tu qui navigare paras, ob luxuriam, quæ in te est, merabile atra percitus insanis, & furis, ut nec urna cicuta ferorem insanæ, & iræ tuæ extingere posset.

Mascula bilis.) Fortis, virilis. Bilem vel iram Stoici dixerunt cōtem fortitudinis, sed utendum eā ut milite, non ut duce.

145. *Vrna cicuta.*) Ad ejus frigus refer, quod calorem, & fervorem iræ, & insanæ extinguat. Nam cicuta frigoris sui vi calorem extinguuit. Vnde sacerdotes Cereris Eleusiniæ liquore ejus ungebantur, ut à concubitu abstinerent. Sic Horatius, Quæ poterū unquam satis expurgare cicutæ?

146. *Tun' mare transfilos.*) Verba luxuriæ ad suum servum.

Tibi torta cannabi fulto, (Canabis in transstro?) Hoc est usque adeóne insanis, ut tibi cannabinis rudenteribus fedem fulcire velis, cœnati in transstro vice mēs, & velis sedentem te sustineri funibus, & duros rudentes

rudentes tibi sedilia esse, qui inelegantibus, & molibus lectulis discumbere solitus sis? Ergo *fulto* ad hominem, non ad transtrum referendum.

Transstro.) propriè sunt remigum sedilia in navibus.

147. *Vejentanumq; rubellum, etc.*) Ergo verò sessilis, & vilissima obba tibi vinum Vejentanū, infidum, & fetida pice corruptum exhalabit, & corrumpt, quod in navibas. Erat autem Vejentanum vinum saporis admodum ingratii, & nascebatur in agro Vejentano Hetruria. Horatius,

Qui Vejentanum festis potare diebus

Campanā solitus trulla, vappāmq; profestis.

Et Martialis, *Et Vejentani bibitur fax crassa rubellis.*

148. *Vapida,*) fetida, malè olenti. Est autem Obapoculi genus ligneum, vel ex Spartho. 486.

149. *Quid petis ut nummos, etc.*) Nónne satiūs, & longè melius, & tutiūs est, te quincunciali usūra, mediocri, & infra semissim fœnore pecuniam occupare, quam studio majoris quaestus, magnos labores, & periculosam navigationem suscipere, & subire?

Petis,) cupis, desideras.

Quincunce modesto Nutreras.) Pulcrè dixit fœnus, vel usuram nutrimentum nummoruni, vel capitalis summae. Et hoc loco luxuria mediocritatem commendat. Scilicet nullum vitium tam grave, quod non aliqua honestatis specie utatur, nec honestatem aliquam prætendat.

150. *Peragant.*) acquirant, Sudore. Gravi, & molesta navigatione

dividos derences.) Quædavidè appetantur, & desideren-

fiderentur.

151. *Indulge genio.*) Voluptati, animo. Hinc geniale appellamus diem latum, & voluptuарium. Et genialiter vivere, pro molliter, & laute.

Dulcia) cibi, & potus.

Nuſtrum eſt quod vivis.) Id eſt meo beneficio beatuſ es, & vivis, & abſque me ſi fueris, brevi in cineres abibis, & umbra, & fabulaſies. Niſi mavis intelligere illud noſtrum de tempore vitæ, quod conſiderare velit, & genio indulgendo conterere, quo elapſo pulvis ſit, & umbra. Et hanc explicationem ſequen- tia non improbant, ubi de fugacitate vitæ loquitur Seneca. Omnia aliena fūnt, tempus ſolummodo no- ſtrum eſt.

152. *Manes.*) Ponitur pro exſequiis, & corpo- re funerato.

153. *Fugis hora.*) tempus vitæ celeriter elabi- tur.

Inde eſt.) Ide eſt jam præteriit, & elapsum eſt. Sic Horatius, *Dum loquimur fugit invisa etas.* Turnebus illud *inde eſt* ſic explicat: Inde proficiſcitus me- oratio, ut ostendam tibi brevem eſte vitam, nec gau- dia differenda, ſed primo quoque tempore occu- panda.

154. *En quid ait?*) Compellat his verbis Poë- za illum qui ſe liberum jactitabat. En egregie, & li- bertime Marce Dama, Quid ad hæc dicis, & reſpo- des? nōnne omnium vilissimum eſt mancipium? non ab his duabus imperiis ſimilis, & superbifimis do- minis in diuersum ceu hamo diſtraheris? dum illate domo ad labores, & in maris pericula expelliſt, hæc te do-

tē domi detinet, & molliter vivere jubet? utrius ha- rum imperio, & dominio tibi obſequendum, aut parendum existimabis? avaritiæ, an verò luxuriæ.

Duplici hamo.) Translatio à pīſcībus.

155. *Subeas alternum oportet.*) id eſt, neceſſe eſt ut alternatim, vel alternis vicibus, modò avaritię, mo- dò luxurię dominium ſubeas.

156. *Anticipiſt obſequio dominoſ alternaſ obverres.*) Et neceſſe eſt te alternū anticipi, dupli, & dubio obſequio, modò circa avaritiam, modò circa luxu- riā, alternatim versari, & circa tuos dominos quaſi oberrare.

157. *Nec tu cūm obſtiteris ſemel.*) Vni ſcilicet il- larum ſive avaritię, ſive luxurię, & jugum excutere volueris; Et imperio instanti, urgenti, & impelli- enti parere negas, & recuſas, ſtatim vincula ſervitutis, & liberum te exiſtimaveris.

159. *Nam luſtata canis, etc.*) Probat quod dixit ſimiili, quām aegrè, & diſſicile aliquis ſervitutis ejus- modi juga excutiat. Nam quemadmodum canis, cūm diu multumque luſtata, nodum arripit, & lorū vel catenam abrumpit, & aufugit, nondum tamen omni- nino liber eſt, nam ille cūm fugit, à collo trahitur longa pars lori, vel catenæ, unde facilius à ſequenti- bus rurſus comprehenditur; Sic tu nunquā ita col- lum ex ſervitute avaritię, aut luxurię extraxeris, quin magna pars illius vitii ſemper te comitetur quoquā te contuleris. Egregia comparatio. Seneca *Licet va- ſtum tranſeris mare, licet terraq; urbeſq; recedant, ſe- quentur te quoſunq; perveneris vitia.*

161. *Davſ cito hoc credas.*) Dixit de avaritię, & luxurię

luxuriā dominis molestissimis. Inducit jam aliā dominam Intemperantiam, & libidinem. Locum autem hunc ex Menandi Eunicho traxit, in quo Davum servum Chærestratus adolescentis alioquitur, tanquam amore Chrysidis meretricis jam derelictus, & liber, idem tamen ab illā revocatus, ad illam reddit. Apud Terentium personæ immutatae sunt.

Dave citò.) Verba sunt Chærestrati. Dave hoc mihi credas jubeo, & impero! Ego dolores prateritos, & talia incommoda, quae ex amore mihi provenierunt, citò finire cogito.

162. *Crudum Chærestratis unguēs arrodens.*) Id est anxiè, & sollicitè rationes despiciens, ut jugum amoris, & ejus incommoda excutiat & abjicit. Nam qui intentè aliquid meditantur, illis ungues arrode-re moris est: Ut & superius dictum ad illa verba, nec demoros sapit ungues. Et Horatius:

Sepe caput scaberet, vivos & roderet ungues.

163. *Anficeis dedecus obſtē cognatis.*) Itāne honesta meæ familiz, & sobrii meis cognatis, mca vita tur-piter acta, amplius, vel ulterius ignominia, & dedeci-ori fuerim, & obstiterim?

163. *Siccis*) Siccus pro continent, temperanti, so-brio, & frugi homine ponitur, ut contrā madidus, pro ebrio, & temulento. Plautus Afinaria,
Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maximi.

164. *In rem patriam rumore ſinistro.*) Siccine de-nique rem patriam, facultates, & bona paterna. non cum exiguo famæ, & nominis mei honesti jactura, & dāmno frangam, dilapidem, & atteram, ad obſcēnum limen meretricis, dum ebrūgante fores Chry-sidis

fidis extincta face, in tenebris, instar nebulonum a-fforum, cantillo?

165. *Vdas.*) Vdas fores dixit, quas amatores solent unguēto perfundere. & ante januam illarum noctem vigiliis, & cantu transfigere.

166. *Extincta cum face.*) Id faciunt ne cognoscantur.

167. *Euge puer, &c.*) Servi, herum & ejus inten-tum laudantis. Euge here, nunc te laudo, nunc vir es & sis apis Diis depellentibus, & averruncis, agnam macta, & sacrificia, quod te à meretrice tanquam à mala bestia liberaverint.

Dii depellentibus.) Dii depellentes alias aver-tentes, vel averiunci dicti, erant Castor, Pollux, &c. Græcis ἀνείγονται, vel ἀνοργάνωτοι, qui prodigia, por-tentaque averruncabant.

168. *Sed censem, &c.*) Verba ad Davum Chære-strati, jam rursus nondum omnino depositi amoris favillā, incandescentis. Sed ó Dave putāne eam ubi à me derelicta, & deserta fuerit ploraturam, & dolituram?

169. *Nugaris.*) Responder Davus. Ergo tu nu-gas, & rem non serio agis? Scilicet ultrò amoris im-patientia ipsam supplex accedes, & vapulabis soleā meretricula, ubi te victum, & jam amori occumbere sentiet.

Rubrā.) dixit, nam calceatum ejus coloris mulie-res amabant. Tale est illud Terentianum in Eunucho, Sc.8.Act.5.

Utinam tibi commitigari videam sandale caput.

Puer.) ineptus, imbecillus, impotens.

170. *Ne trrepidare velis.*) Ergo cave festinanti adeò, & præcipiti consilio id aggrediaris, quod præstare nequeas, & casses & vincula adeò arcta, & valida arrodere, à quibus illo animo impotenti liberarine queas. Sic Parmeno in Eunucho, *Verum si inciperet neque pericies gnavoriter, etc.* Sumtum à canibus.

171. *Nunc feris.*) Nam quatinus jam ferus sis, & violens, & tibi fôrtis, & irsuperterritus, & imperturbatus videaris; at si illa te vocat, continuo aliter animatus es, & vîctus labascet tuo verbo, quam cito. Et dubius, & animi incertus dices: *Quidnam igitur faciam, non eam nunc accedam, cum etiam ultrò ab ipsa accersar, & illa ultrò furanîm gemitu, & lachrimis ultrò supplex mihi accédat?*

173. *Sitotus, & integer illinc.*) Ergo ô Chærestrata, & tui similes servi voluptatum miserrimi, & perditi, vociliberi non estis, quibus mulier meretrice imperat, quos cogit, & ducet quod libitum est. Sed illa demum, qui totus, & integer voluptati, & libidinum illecebris valedixerit, & totus, & integer ex domo meretricia nunquam redditurus exierit: De illo inquam deum veroe pronunciare ausim: Nunc nunc veroe liber es: *Hic hic quem quârimus vere liber, & sujerris es;* non iste quem praetoris jussu lictor ineptus, & vanus festinat in festa liberum appellat, & pronuntiat, qui interea suorum affectuum mancipium manet viliissimum, avaritiae, luxuriae, libidinis, &c.

176. *Ius habere de sui, etc.*) De avaritia, luxuria, & libidine dominis, & imperatricibus molestissimi dictum hucusque. Sequitur de Honorum contentionе, vel Ambitione. Porro num & illa habet & politer

possidet jus sui, quem hiantem, & quasi aperto ore vanos illos honorum ventos captantem, candidata, & cretata ambitio, palpo, & blanditiis, & vilissimis etiam ad plebem adulatio[n]ibus, ducit, agitat, & detinet?

177. *Cretata.*) Candidata. Nam qui ad honores aspirabant, candidati incedebant, albis, & candidis vestibus.

Vigila, etc.) Cui ambitio imperiosè imperat. Vigila, & insomnes noctes age, & populi suffragia largitionibus, & muneribus redime, & ut tibi populus faveat, cicer, & alia legumina largè ipsisuppedita, & honores, & laudem tua hac magnificenter etiam ad posteros derivandam tibi compara. Solebant autem Floralibus Ludis 4. Cal. Majas Aediles cicer, fabam, & missilia in plebem spargere, leporeisque, & capreas, aliaque multa animalia populo exhibere, non sine ingenti divitiarum profusione. Vide de Obscenis his sacris in honorem Floræ meretricis, Lactantium lib. I. cap. 20.

178. *Rixanti.*) de projectis seminibus, & donis contendenti, & inter se litiganti.

179. *Apricifenes.*) Vel quod apricatione deletentur, vel quod pauperes sint, qui cum non habent unde focum calefacient apricentur; quod à Diogene factum legitimus. Et sanè largitio illa fricti ciceris illi hominum ordini magis convenient. Alii putant joculariter hoc loco meretrices à Persio notari, quæ in Floralibus nudæ sedebant.

Quid palcius.) Quâm largitionibus ejusmodi magnificis sibi æternum nomen condere? quâm ad

amplissimos in Rep. honores provehis?

180. *At cum Herodis venerare dies.*) Dixit de ambitione, jam mancipiis illis alium dominum Superstitionem introducit, & quidem ortam ex religione, & observatione rituum alienarium gentium. Deniq; cùm Herodis, & aliorum Iudeorum dies feriati venerunt; & pridie in ipsorum fenebris disposita ex ordine lucernæ coronis violarum ornatae, vomant pingue nebula, id est lucem cum pingui fumo emiserint; & ad cibum & potum omnia jam parata sunt, in catino rubro, vel culinâ thunni jam conditi, & vino jam fidelia, & fisticilia vasea plena; ibi quis superstitionis timor non tuam mentem occupat? quis te metus non perterritat? ibi labra nescio quo murmurante tacito moves, & circumcisæ, & recutitæ Iudeæ gentis delira Sabbatantæ Veneratione, & metu colitis, ut inde vel pallorem tibi contrahas?

Herodis.) Herodes apud Iudeos regnavit tempore Augusti, in partibus Syriae. Herodiani ergo diem natalem Herodis observabant, ut etiam Sabbathum, quo die lucernas accensas, & violis coronatas in fenebris ponebant, & fores etiam frondibus, & loricatis ornabant: Quod & Tertullianus indicat, inquiens: Plures jam invenias Ethnicorum fores sint lucernis, & laureis, quam Christianorum.

Unctag, fenebra.) Quod in ea sitæ essent lucernæ, oleo plenæ.

183. *Tum.*) plena est.

184. *Recutita.*) Instituta Iudeorum significat, propter circumcisionem: Vnde ab Horatio curta, & apella se appellantur.

185. *Tunc*

Tunc nigri lemures.) Tu nictantus in tenuis superstitiosis metus est, si non praedictum, vel tibi praecipsum à sacerdotibus, & demandatum, vel prescriptum caput alli manè ter gustaveris, tunc omnia pericula tibi, & tuis cervicibus impendere existimas, tuac nigrilemures, & manes, vel mortuorum umbras tibi ob oculos versari putas, tunc omnia mala quæ superstitionis, stolidi, & nugaces benefici, & sacci: doles ex rupto ovo cineribus imposito praedixerant, rabi imminent; tunc grandes Galli, & insani, & furiosi sacerdotes Cybeles, & lusca Isidos sacerdos Dcoꝝ incusare corpora inflantes, & morbos immittentes, & vivis pavidi, & timidissimi. Erant autem Dii inflates corpora Isis & Serapis, & ab illis morbos immitti opinio erat.

Ovōque pericula rupto.) Sacerdotes, qui explorandis periculis sacra faciebant, obseruare solebant ovum igni impositum, utrum in capite, an in latere desudaret. Si autem ruptum effluxerat, periculum ei portendebat pro quo factum fuerat, vel familia ejus.

186. *Galli.*) erant Sacerdotes Cybeles, à Gallo Phrygiæ flumine, cuius aquam qui bibissent, reddebantur insani.

Cum sistro lusca sacerdos.) Sistrum sacerdotes Isidis portant. Lusca autem ideo quod nubiles deformes, cùm maritos non invenerint, ministeria Deorum se conferant. Est autem Sistrum crepitaculum æneum, Isidis sacerdotum, ἀπὸ τοῦ Σιστοῦ, à qua tiendo ita dictum.

Hinc jam unicuius concludere promptum, illum, qui tot dominis subiectus est, quem avaritia torquet

228 C O M M E N T . I N P E R S . S A T . V.
libido urit, luxuria exagitat, ambitio insomnem detinet, & supersticio terret, & angit; non liberum esse, sed servum vilissimum, & mancipium turpissimum. Contra si quis alto, & excuso animo avaritiam excutit, luxuriam coercet, libidinem refrenat, honores spernit, & superstitionem contemnit, reliquisque affectibus imperat, & dominatur, illum non modò liberum, sed & regem regum, & imperatorem omnium idque praetore Iove optimo, & maximo.

189. *Dixeris has inter.*) Contra nobiles, & cyclopas salutarium præceptorum, & doctorum irresores, & contemtores. Quod si hæc haec tenus deventa libertate dicta, & disputata inter centauros nostros Romanos, & varicosos centuriones dicas, & proponas, continuò ingens Polyphemus Vulpenitus, aut alius quispiam hircosus nobilis, crastus, & immoderato risu hæc explodet, & centum Græcos Philosophos, vix centum assibus curtis dignos esse affirmabit.

Varicosos.) Propriè sunt qui venas tumidiores habent.

190. *Crassum,*) adverbialiter, ut Horrendum clamat.

191. *Centuisse.*) Centussis valebat apud Romanos 100. asses, vel quod idem 40. sestertios.

S A T Y R A VI.

ADmovit jam bruma foco te, Basse,
Sabino? 5
Iamne lyra, & tetrico vivunt fibi pe-
Etine chordæ,
Mire opifex numeris veterum primordia vo-
cum,
Atque marem strepitum fidis intendisse Latina,
Mox juvenes agitare jocos, & pollice honesto
Egregios lusisse senes? Mibi nunc Ligii ora
Intepet, hibernatq; meum mare, quâ latius ingens
Dant scopuli, & multa litus se valle receperat.
Lunai portum est opera cognoscere, cives.
Cor iubet hoc Enni, postquam defteruit esse IO,
Maenides quintus pavone ex Pythagoreo.
Hic ego securus vulgi, & quid preparet Auster
In felix pecori; securus, & angulus ille
Vicini nostra quia pinguior, & si adeo omnes
Ditescant orti pejoribus, usque recusem 15.
Curvus ob id minui senio, aut cenare sine uncto,
Et signum in vaporidâ naso terigisse lagena.
Discreper his aliis: geminos, Horoscope, varo
Producis Genio? solis natalibus est qui
Tingat olus siccum murinâ vaser in calice eratâ, 20.
Ipse suorum terrorans patina peper. Hic bona dente Nic sed.
Grandia magnanimitus peragit puer. Viarego, utar, bros.
¶ Nec rumbos ideo libertis ponere laetus, reuuls.
Nec* tenuem sollers turborum nosce † salivam. Turda.
Messe tenuis propria vive, & granaria fas est, 25 † Salivas.
Emole: q. di metus? occa; & leges altera in herbia est. metus
occa, ea.

* Evocat. *Ast vocat officium; trabe rupta, brutia saxa
Prendit amicus inops, remq; omnem, furdag; vota
Condidit Ionio, jacer ipse in littore, & una
Ingentes de puppe Dei, jamq; obvia mergis 30.
Costaraxis lacera nunc & de cespite vivo
Frangit aliquid, largre inops, ne pictus obveret
Cerulea instabula. Sed coenam funeris hares
Negligit iratus, quod rem curaveris, urna
Ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdū, 35.
Sex ceraso peccent, casia nescire paratus.
Tunc bona incolamus raimas? Et Bestius urget
Doctores Graios: Ita sit, postquam sapere urbi
Cū pipere, & palmis venit nostrū hoc, maris expors
Fæniseca crasso vitiarunt unguine pulies. 40
Haec cinere ulterior metuas? at tu, meus heres
Quis quis eris, paullum à turba seductior audia
O bone num ignoras? misa est à Cesare laurus
Ob lau- Insignem ob cladem Germana pubis, & aris
dem. Frigidas excutitur cenis, ac jam postibus arma, 45
* vicit. Iam chlamydas regum, jam lutea gausapa* capis,
Eshedaque ingentesq; locat Casonia Rhenos.
Diis igitur Genioque, ducis centum paria, ob res
" induco. Eggregie gestas hinc quis veta? unde.
Vt, nisi connives: Oleum, artocreasq; popello 50.
* non au- Largior. An prohibes? dic clare: * haud audio, inq;
deo, male. Ex ossatus ager juxta est: age si mihi nulla
haud au- deo ini. Iam reliqua ex amnis, patruelis nulla, proceptis
deo, ini quis. Nulla manet patruis, sterili marterera q; xixit,
inquis. Dé que avia nihilum superest, accede Eovillas, 55
benè. Bohillas Clivumq; ad Virbi. Praesto mihi Mannius hares,
Bohillas Progenies terra, quare ex me, quis mihi quartus
malè.*

SIT

Sit pater, haud promis, dicā tamē. Adde etiā unū,
Quum eiām; ierre est iam filius, & mibi ritu
Mannius hic generis ppe major avūculus* exit. 60 * exstat.
Qui priores, cur me in decursu lampada poscis?
Suntib; Mercurius; venio Deus hic ego, ut illo
Pragitar; an tenuissimis vītu gaudente relatis?
Deest aliquid summa minimi mihi, sed tibi totū est,
Quicq; didest, ubi sit, fugi querere, quod mibi quondam
Legārat. Stadius, neu dicta repone paterna. 66["] Tadius
Fœneris accedat merces, hiāc exime sumitus.
Quid reliquū est reliquū nūc nūc impensis* unge, * vngue.
Unge puer caules, mibi, festā luce* coquatur * coque.
Draca, & fissa fumosum sincipit aure, 70. tur.
Ut tuus iste nepos olum satur anferis exitis,
(um murosa vago singuliet in guine vendā,
Patrizia immiciat vulcas? mibi trama figure
Si reliqui? Ast illi tremat omento popa venter?
Vnde animam lucre, mercare, atq; excute solers 75.
Omne latus mundi, nec sit prestantior alter
Cappadocas rigidapungues * pavisse catastha. * ne sit.
Rem duplica, feci. Iam triplex, iam mibi quartus, * clausisse.
Iam decies redit in regam. * Depinge ubi sit am, plausisse.
Inventus, Chrysippe, tuis finitor acervi. 80. * Depunge
ge.

COMMENTARIVS.

VLtimahæc Persi Satyra ad Cœsum Bassum
eximum Poëtam Lyricum conscripta est,
quā initio Bassum rogat, ubi locorum degat, &
concesseritne ad Sabinos; & quid rerum gerat,
ecquid cantu, & carminibus pangendis more

solito se oblectet: Se quidem jam ad portum Lung, quæ urbs est in Liguria, concessisse, ibique, in loco amoenissimo, & commodissimo etiam ab Ennio laudato, honesta studia consecrari à vulgi moribus, & adfectibus alienissimum, imprimis autem, ab invidiâ, & avaritia, vitiis teterrimis. Qua occasione postea invehitur, tum in illos, qui sordidi, & avari maxime vivunt, suum defraudantes Genium, tum qui patrimonia sua dilapidant, & prodigunt: Se interea iuis bonis ita velle uti, ut nec in prodigalitatis vitium incurrat, nec in avaritiae, quod vehementius postea adhuc detestatur, & insectetur, inter alia ostendens quod malum meticolosum sit, frustra suarum opum defectum timens, & ubiq; habeat, de quibus modo velit, bene mereri possit, calamitatibus, & miseriis indignè oppressos. Vnde postea ad duas objectiones contra liberalitatem respondet, nempe quod metuant ne si liberalius vixerint, & in calamitatibus oppressos sua beneficia congeriat, tum hæres, bonis hac ratione ex parte imminutis, justaeis facere negligat, tum ne prodigi habeantur. Quibus respondet stultos, & stolidos esse qui suos hæredes ita metuant, & non potius sua bona in proprium, & aliorum usum convertant, nihil interea hæredes morantes. Quos præsertim si bona suspetant, & consanguinei alii non sint, etiam ex plebeis, & obscuris invenias gratissimos, & fortassis licet obscuri generis, etiam cognatos. Porrò & illos virtuperat, qui ætate grandiores, a junioribus hæreditatem exspectant, & qui hæreditatem quantumcumque, cum Deorum munere acceptam, non grato animo accipiunt; quales si quis habet.

habituros metuat, satius esse ut liberalissime vietent, non adeò magna opum, & legendorum ratione habitâ, ne suâ parsimoniam, & sibi, & hæredi noceant; qui rem benè partam turpissimè postea dilapidet, ut prodigus, vel cui, ut avaro, nihil omnino sufficiat.

1. *Admovit jam bruma, &c.*) Ab interrogatione orditur. Vbi demum ô Cæsi Bassæ te hyemare nunc credam, & admovitne te hyems foco Sabino, vel utrum agis in Sabinis? Est autem fama hunc Cæsium Basium Poëtam Lyricum, in prædiis suis ardente Vesuvio monte Campaniæ, & latè igne abundantate, cum villâ suâ ustum esse. Hic ergo dum viveret, Româ ad Sabinos necessariò transibat, ubi brumali tempore in calido loco carmina scribebat.

2. *Iamne lyra, & tetrico, &c.*) Ecquid jam lyra tribivit, & viget? ecquid jam tetrico, gravi, & levero pectine chordas lyrae percūtis, & pulsas? Pectine vel plectro pulsabant chordas. Virgil. *Et pectine pulsas aburno.* Tetricum dixit, vel ob ipsum plectrum, ejusque usum, vel quod carmina seria, & severa denotet.

3. *Mire opifex, &c.*) Profectò in hoc exercitii, & scribendi genere quam admirandus sis artifex, & opifex, satis constat, qui tantâ ingenii dexteritate, & acrimoniam primordia veterum vocum, vel Divos, & virtutem viitorum, sacris certaminibus, numeris, vel carmine intendas, extollas, & celebres.

4. *A que marem strepitum.*) Qui marem strepitum fidis Latinæ insteadis, vel carmine, vel hymno, vel cantu Latino, fortium principum, & regum vi-

Storum res præclarè gestas , & victorias, exornes, & extollas.

5. *Mox juvenes.*) Qui juvenum jocos carmine exagites, & senum luxum, & jocos venustos, & egregios carmine honesto , sine omni verborum turpitudine, & lascivitatem deludis, & depingis. Intelligit autem jocos juveniles , & seniles. Sic Horatius de Art e Poëticâ,

*Musa dedit fidibus Divos, puerosq; Deorum,
Et pugilem viatores, & equum certamine prium,
Et juvenum curas, & libera vimare ferre.*

6. *Mibi nunc Ligus ora.*) Verba Persi de se. Quod ad me attinet, ego jam in fines Liguriæ secessi , & Liguria ora mibitepet, & meum mare mihi hibernat: ac pro hy bernis est ejus oræ mare , id est in oræ Ligusticæ hiberno , & hyemem traduco ad portum Lunæ. Secesserat autem eò, propter Fulviam Sifenniam matrem suam , quæ post mortem prioris vii ibi nupta erat.

Ligus.) hoc loco sceminiuum ad ora referendum. Est autem Ligus generis communis , vel ut Probus Grammaticus, generis omnis.

7. *Hibernat.*) Id est sèvit, vel à navigijs vacat. Sicut enim naves hibernare dicimus , sic mare cùm non navigatur. Horat. *Et atrum*

Defendens pisces hiemac mare.

Quà latus ingens Dant scopuli.) Id est, ubi scopuli, quibus hic locus, vel portus, includitur, dant ingentia latera, vel sunt maximi, & altissimi.

8. *Et multa litus se valle receperat.*) id est ubi litus in se recipit multam vallem , multam planiciem,

I N P E R S . S A T . VI . 235
et tutum à ventis & frigore, quasi sinu & gremium. Id est. Est hic locus temperatissimus, & amoenissimus.

9. *Lunai portum est opere cognoscere cives.*)

Verbus hic est Ennii Poetæ, quibus amoenitatem portus Lunensis , quam dixit , comprobat , cùm etiam Ennius illum laudat, & iussit, & opera pre-cium adfirmaverit, ut cives Romani portum Lunen-sem cognoscant, & considerent.

10. *Cor jubet hoc Enni, &c.*) Id est, hoc Ennius Poeta Prudens, non ut antè delirans , se Homerum esse ratus, julset, postquam desterruit esse Maonides, vel postquam se Homerum esse desit somniare, sed ad se reversus omissa Pythagoræ de Animo-rum transmigratione, (quam ipse μημαθόντων vocavit) in alia corpora, opinione , & Quintus Ennius sibi videri caput, non amplius pavus Homericus, ex figmento Pythagoræ. Ennius de se credi voluit, se Homerianam personam, ex pavone Pythagorico accepisse. Porro Quintus hoc loco non numeri nomen, sed Ennii prænomen.

Desterruit esse Maonides.) Figura Græca, pro de-terrunt se Maonidem esse. Sic Luçanus lib. I.

Tutumq; putavist Iam bonus esse sacer.

11. *Pavone ex Pythagoreo.*) Sic enim ipse de se, ut testatur Charisius Gramm.lib. I.

Memini mesieri pavum.

Maonides.) Maon fuit pater Homeri, unde ipse Homerus Maonides.

12. *Hic ego securus vulgi.*) Vbi locorum de-gat Basso indicavit, jam quid rerum gerat, quæ stu-dia tractet, dicere pergit. Hic, in hoc, de quo dixi, lo-

cō, ego vivo securus vulgi, id est, non curaps, quid vulgus tractet, vel de me meisq̄e studiis sentiat, vel à moribus & affectibus vulgi alienissimus.

Et quid prepareret Auster, &c.) Securus etiam de temporum injuriā, & pecudum lue & quid austē, suo flatu pecori infestus, & luem pestē mque immittens, pecori immittre præpareret.

13. *Securus & angulus ille, &c.)* Et nullam mihi curam, molestiam, & invidiam injicit, quia, vel quod angulus ille vicini nostri agri, nostro est pinguior, & fertilior. Vel vicino non invideo, si ille fertiliores, & pinguiores fundos, meis possideat. Est autem Horatium imitatus Epist. 1.6. *Ne plus frumento dotalibus emerat agris Mucius, indignum, quod sit pejoribus ortus.*

14. *Etiā ad eō omnes.)* Denique adeō sublimis, & erectissum animi, & omnis adfectionis, & perturbationis vacui, ut si omnes, licet pejoribus orti, quam ego, & mei, ignobiles, & ignavi & pejoris noti homines, ditescant, & ad summas facultates, & opes perveniant; ego interea tamē semper recusem, & nolum ob id, & eo nomine ullā molestiā affici, nec curvus, & in terrā, & terrenā pronus, senio, & tædio, unq̄ vellelū imminui, & confici, & mihi senecta adserre, & velle parcē, & fordidē vivere, & sine uncto, nullo oleo & pinguedine brasicam conditam coenare, more extreme avarorum, ut hâc ratione pecunias compare, & divitiis, & opibus ipsiis nō sim inferior. Hor. in de Arte Poët. *Si vero est unctū recte qui ponere posuit,*

17. *Et signum in vapidā naſo, &c.)* Nec propter ea unquam vellelū signum, quo lagenas obsignaverim

veterim, ne furtim servi illas ebabant, naſo tetigisse, in vapidā lagenā, id est bibere ex lagenā vapidā, vel in quā vinum jam vappescens, id est nunquam vellelū avarus, & fordidus tenuiter vicitare.

Signum.) Lagenas veteres vini servis obsignabant, ne furtim ab illis exsiccarentur. Horatius lib. 2. Ep. 2. *Et signo laſo non inſanire lagenā.*

Vapidā.) Avarum insimulat, qui vapidum vinum obsignaret, & biberet.

18. *Discrepet his alius.)* Ego quidem ita vivo, nec contradico quin ali⁹ ab hâc mē vitâ, studio, & moribus discrepent, & dissident, imprimis cū tantâ sit ingeniorū, sententiarum, & studiorum diversitas, ut etiā idem & urius horoscopus gemellos, ingenio, & naturâ dissimiles in dias luminis auras proferat.

Geminos horoscope varo, &c.) Constructio talis est, ô horoscope, qui unus, & idem, tamen producis in lucem geminos, vel gemellos, uno partu, uno tempore editos varo genio, id est vario, inæquali, dissentiendi, dissimili inter se ingenio, & moribus.

19. *Solis natalibus est qui, &c.)* Inde fit, ut inventari etiam qui adeō variè suas res asservet. ut alias siccum sine ullo liquamine olus comedât, solis natalibus diebus siccum illud olus tingat, & ungat, id est muria, genete liquaminis vilissimo in calice emtâ.

Muria, ut etiā ex Martiale, & Ausonio patet, pauperum tantum erat, & liquaminis genus erat, & ex thynnorum tabe conficiebatur, ut garum ex scombrorum.

20. *Calice.)* Calix inter alia pro vase usurpatur in quo legumina, & olera coquuntur.

21. *Ipse sacrum irrorans patinæ piper.*) Adeò avarus, ac sordidus, ut pipertanquam rem religiosam, & sacram parcè admodum, & minutatim instillet patinæ, & quasi irroret. Sic Horatius de Avidieno

Cornu ipse biliari

Caulibus instillat, veteris non parcus accit.

Hic bona dente, &c.) Contrà aliis invenitur, qui adhuc puer & juvenis, magnanimitis bonorum suorum professor, grandia bona, magnam pecuniam, opes ingentes, dente peragit, & gulâ, & commestationibus dilapidat, & profundit.

22. *Magnanimus.*) non adeò verècundiæ, & parcè suis opibus utens, & quasi qui ab illis habent illa non habeat, vel animosus, & prodigus.

Viarego utar, &c.) Dixit de ingeniorum diversitate, de prodigis, & avaris; pergit jam de se dicere. Ego autem utar quidem meis facultatibus, sed ita utar, ne in prodigalitatis vitium incidam, nec idem laetus nimis, & delicatus, rhombos lautissimas, libertis, & servis meis proportionam.

23. *Rhombos.*) Rhombis piscis plani genus, figura Rhombi, quam refert, Romæ in deliciis habitus.

24. *Nectenuem solers turdarum nosce salivam.*) Id est: nec interea solers, & subtilis adeò palati fuero, ut tenuem, & subtilem turdarum salivam, vel saporem cupiam dignoscere. Fuere Romæ adeò gula dediti, & tantam palati acrimoniam, & subtilitatem habentes, ut sapore turdos dignoscant, sitne cellularius an terrarius mas an fæmina. Turdarum autem, ut vetus interpres monet, abusivè dixit, pro turde-

rum. Huic turdo à Martiale prima gloriâ datur.

25. *Tylesse tenus propriâ visu.*) Nam faciendus est sumptus, pro ratione facultatum, & sumptus messe propriâ, vel animis proprietorum agrorum proventibus metiendi sunt sumptus. Tractum ab agricolis. Sic Plautus ait, *Non posse rem consistere, ubi sumptus quantum superaret.*

Et granaria, fas est, Emole.) Ita tamén parcas, ne sordidus evadas, nā omnibus modis fas est te granaria emolere, & laxare, & frumentum inde proferre. Et quid metuis inde aliquid demere, cūm si occes, & laborest tuos rusticos obēas, altera seges tibi in herba sit, & alia frumenta crescant. Vel, quid metuis granaria emolere, & fruges annuas consumere, agrum colito tuum, & protinus succescet altera seges, quam emolas, quæque tibi quantum consumseris reponat. Per occasionem totam agriculturam intellige.

27. *Aff vocat officium.*) Ad beneficetiam admonitio. Quod, ni sordidus, & illiberalis haberi vis, passim beneficiandi occasiones habes: En tibi est amicus inops, & in calamitatibus constitutus, qui traberupta, vel navi fracta, Brutia saxa, ad quæ illis sus, miser prehendit, tuum officium beneficentie, tuam opem, & auxilium vocat, & implorat, qui rem suam, & suas facultates omnes, & surda, vel non auditavota, quæ mari Ionio fecit, amisit, & perdidit: Ipse naufragus, & miserimus, jacet in littore Brutii maris, & unâ cum ipso magni Di, quibus navium tutelâ erat commendata, quos in puppibus depictos habuit; & costa, vel fragmina navis lacera, mergis pal-

sim sunt obvia.

30. In genies.) ex consuetudine veterum, qui in puppi Sacrarium quoddam velut lararium habebat. Helychius, πάτερ οἰδη φόινικας, οὐσὶ ταῖς καλαὶ τὰς περιπάτους μάστιγας.

31. Nunt & de cespite vivo.) Ergo quia ille omnium miserrimus, & omnium auxilio destitutus, age illius egestati, & ejus inopiam, tuā copiā subveni, & si non aliud, saltem aliquid de cespite vivo frange, vel aliquam partem agri tibi adime, & inopi ipsi largire, ne cogatur se naufragum in ceruleā tabulā hærentem depingere curare, illāmque picturam obrātando quasi circumferre, & stipem emendicare.

33. Sed cœnam funeris heres.) Sed ô àvare, tu contra hanc liberalē beneficētiā objicis: Si hāc mēa liberalitatē in inopes amicos, & adfictos, rem familiarem, vel possētiōnes mēas curtavero, vel immi-nuerō, tunc hæres meus eo nomine mihi iratus, ne-gliget mihi mortuo cœnam funeris, vel silicernium, & exequias facere; tunc mea urna cineres, & ossa inodora, vel sine odoribus dabit, & imponet; & pa-ratus erit nescire, hoc est scire, vel cognoscere non curabit, seu spirent cinnama surdum, vel nullum odorem, & casia peccētne, vel vitiatae, & corrupta sint ceraso, nec ne, vel bona unguenta sint, an siccus nihil curabit. Inquiet enim, Tūne bona tua quæ ju-re hæreditario ad me spectant, salvus, & incolomis, sine ulla caussa imminuas?

37. Et Bestius urget.) Quin & Bestius me repre-hendet, quiurget, & accusat doctores Graios, vel Philosophos, quod ita fiat, ut postquam Sapientiæ

Graciā in urbē, vel civitatem Romanā, cum pipere, & palmis, & aliis è Graciā advectis mercibus perve-nit, & nostrum hoc sapere, vel vettacula nostra sa-pientia, & matis expers vel cismarina haberi cœpit, nec in precio esse, quod transfinaria non effet; et iam sc̄rificæ lautis triguentis, crāfse admodum suas pultes vitiarunt, & inunxerunt, & magis suas pultes, quā olim ungere cœperunt. Fuit autem Bestius homo extremè avarus, cuius meminit & Hor. lib. i. Ep. 15. *Correptus Bestius.* De illo Cornelio Bes-tio scribit Plutar̄ch: eum Ruscum Imbrici socii sui filium, quem acceperat servandum, dedisse mor-ti, ut auro ejus potiretur.

Graffo vitiarunt unguine.) Solebant rustici, cūm oleum deefset, adipe pecudum in pultem missō, pro oleo uti.

Hec cincere ulterior; &c.) Hæccine adhuc metuas, & formides, postquam ultra fatum, & cineres per-venisti.

41. At tu meus heres.) At si meum confilium sequi volueris, ita tuum hæredem compella: Heus bone vir, quicunque meus hæres futurus es, paul-lum à turbā seductior, & remotis arbitris, audi quid e velim: Num ignoras quid ego jam in animo habeam?

43. Missa est à Cæsare laurus.) Cæsar Caligula laurum huc misit futuri triumphi indicem, ob insi-gnem cladem, quā Germanos adfecit.

44. Et aris Frigidus excutitur cinis.) Inde jam aris templorum cinis excutitur, dum ad victimas, & sacrificia adornantur, & præparantur.

45. *Ac jāns postib⁹ arma, &c.*) Et Cæfonia, uxor C. Caligulae Cæsaris, arma jām captorum hostium, & regum Germanorum Chlamydias, & lutei coloris gauſapa caſtrenſia, & effeda, & denique ingentes

47. *Rhenos.*) vel magna Rheni, & oceani ſpolia in Capitolio postib⁹ affigit, & ad futurum triumphum collocat.

Gauſape.) erat vefis militaris villoſa, qua ute- bantur in hyberniſ.

Effeda.) Effedum vehiculi Gallici, & Belgici ge- nus, coopertum vel tectum corio, vel panno, quo jam ubiſ locorum in Germaniā utimur.

48. *Diis igitur.*) Quare Diis immortalibus hu- jus victoriæ, & triumphi auctoribus, & Caligulae di- cis Genio, ob res præclarè, & egregiè geftas, centum paria gladiatorum inducere conſtitui. Degla- diatoribus intelligendum eſſe hoc, non de Hecato- tombis indicat quod additur paria, & ſic explicat Iuſtus Lipsius, & Adrianus Turnebus. Horat. *Gladiatorum dare centum Damnati populo paria.* Mu- nera autem gladiatoria, & ludos adeo cruentos, in religionis parte numerabant.

49. *Quis vetat.*) me ſcilicet ejusmodi ludos gla- diatoriſ instituere. Tu qui meus hæres futurus, ca- ve hiscas, & aude quicquam contradicere. Væ tibi, niſi meo huic proposito connives & annueris.

50. *Oleum artocreasque.*) Quin, ut eo impen- ſius liberalitatem meam exferam, largior oleum, & artocreas populo; quæſo te egregie hæres, dicim⁹ clarè, an tu hæc prohibes?

51. *Non adeo, inquis, Exoffatus ager juxta eſt.*) Re- ſpondes tu hæres, & inquis, Non adeo contradico & probibeo. Eretclē tu quidē, niſi ex hac redari cupias. Legendum, *Non adeo;* non autem: *non audeo inquis.* Sic enim ſententia, & verſus poſtulat, ut notat Tur- nebus.

52. *Exoffatus ager.*) Et quia agrum habeo pro- pè, vel juxta urbem exoffatum, pinguis, & fertiliſ ſoli: age ſi nullos habeo mihi coſnatione propinquos, nullam amplius ex amitis reliquam, nullam patruelē, nulla proneptis patrii mihi manet, & ſi mea ma- terterra ſterilis & fineſobole vixit, & nihil de aviā re- liquum eſt, quidni accedo ad Bovillas, aut ad Cli- vum Virbii, ibi facile hæredem invenero, statim Manius hæres mihi praestō eſt terræ filius, & obſcu- ris ortus parentibus. Erant autem Bovillæ vicus ad undecimum lapidem Appiæ viæ, ita dictus, quia ali- quando in Albano monte ab arâ fugiens bos jam consecratus ibi comprehensus eſt. Eſt igitur hæc Poeta ſententia: Si igitur quia mihi induſſero, & liberaliū viſitavero remq; imminuero, nemo meo- rum hæres meus eſſe volet: Manius aliquis ex Ari- tiā pauper, & ignobilis mihi hæres erit, qui quamvis fit terræ filius, ē gente mea videri poterit, ut poſteā probat.

56. *Civumq; ad Virbi.*) Quatuor millibus ab urbe erat Virbii clivus, quā itur ad Aritiam, & ad nemus Dianæ, ubi Virbius, vel Hippolytus colitur, ita dictus quid b̄is in Virum abicerit, ſemel ſcilicet Dianæ ope, quam ſanctissimè, & caſtissimè colebat, cum ab equis eſſet diſcretus, vitæ reſtitutus. Nota

fabula ex Virgilio.

Manius.) Deformis, & ignotus homo , eo quod Maniae sint indecori vultus personae, quibus pueri terrentur. Sed rectius fortasse Manius hoc loco pro mendico, paupere, & obscuro, quibus clivus ille Aricinus abundabat. Quin & Manius nomen erat servile. Cato de re rust. cap. 141. *Mando tibi Mani, illa solitaurilia circumagi iubas.*

57. *Progenies terra.*) Terræ filius, pro obscuro, & ignobili, Iuvenali fraterculus Gigantum. Vide proverbium, Terræ filius.

Quare ex me.) Et quidni illum hæredem mihi capiam, licet ignobilem, & obscurum, sed fortassis qui de gente mea videri possit. Nam & ego natus obscuris progenitoribus. Quod si ex me quæras, quis mihi quartus sit pater, vel abavus, dicam fortassis, sed difficulter, & haud promptè. Si adhuc unum addas, & quæras de atavo, & insuper adhuc unum, & interrogas de tritavo, ille jam mihi obscurus, & incertus, & terræ filius, æquè ac Manius; & hoc quidem ritu, & pacto, hic, de quo dixi Manius propè generis mei major avunculus exit, evadit, & invenitur,

61. *Qui prior es.*) Contra hæredipetas illos, qui seniores, & grandiores juniorum mortem sperant, & in illorum hæreditatem avidè inhiant. Tu autem qui prior me es, vel es me major natu, dum in decursu sum, & adhuc vivo, cur tu lampada me poscis, vel à me poscis, cur postulas, ut tibi patrimonio meo cedam, & tibi tanquam lampada tradam, nec eo ut, ac mihi eo interdicam. Desumtum à palestris in Promethei, aut Cercris ludo, quem juvēnes Athē-

nis celebrabant, ubi semper è cursoribus prior vel victor, posterior faciem tradebat, & primus quidem secundo, secundus tertio, hic quarto, & ita deinceps donec currentium numerus impleretur.

62. *Sum tibi Mercurius.*) Sed esto ut hæres meus me prius defuncto evadas, sed quidni tunc tibi videor Mercurius ex Machinâ apparens, & cum sacculo, & nummis pictus? quidni me Mercurii loco habes, qui cum loculo, & nummis ad te veniam? Et cur non hæreditatem meam in lucro adventio numeras? & velut Herme um quiddam existimare, & in lucro deputare, quicquid tibi reliquero, nec renue-re, sed relictis bonis gaudere, & exquo, & hilari ani-mo quicquid tandem fuerit accipere?

64. *Desit aliquid summa.*) Nec sis apis mihi ob-jicies, aliquid toti summa deesse; quod sis feceris re-spondebo, si aliquid desit, vel patrimonii aliquid immunitum sit, illud mihi minui, & mihi non tibi desuit, & quicquid sit patrimonii tibi integrum, & totum est, quo contentum te esse jubeo.

65. *Quicquid id est, &c.*) Etsi sapis fuge, & cave quæras, ubi illud sit, vel mäserit, quicquid, vel quod olim mihi Tadius legarit, & alii amici prædictives; cu-jus enim est impudentia, hæredem à testatore ra-tionem suarum facultatum exigere.

66. *Neu dicta repone paterna.*) Quod si tu hæ-reditati meæ inhians calculum jam ponis, & à me jam nunc rationem reposcis, & avari patris more, dicta paterna repones, & à me tanquam prodigo filio pa-triis dictis posces, ut ita me pecuniae merces, & usura alat, ut meum sumptum sustineat, vel inde sumptus

eximatur, & insuper, ut fœnoris merces accedat, & aliquid etiam redundet, & reliquum sit: citè plus impendam, & quicquid reliquum est. Tractum à patribus, qui dicunt filiis suis, hoc quod vobis lucri de fœnore accessit, ad fructum, & usum vitæ proficiat, reliquum verò pecunia reservata integrum.

68. *Quid reliquum est: reliquum?*) Ecquid adhuc reliquum est, quod tibi adeò impudenti, & ingratu hæredi relinquam? reliquumne adhuc aliquid? Age puer, nunc lautiùs, & impensiùs adhuc unge; nunc caulinibus non oleum instilles, & irrores, sed copiose infunde, & unge, & condi mihi largiter obsonia,

69. *Mibi festa luce cognatur.*) Egóne adeò folioidus sim, ut tibi aliquid relinquam, adeò demens, ut meum genium defraudans, festa luce, & die feriata olus urticæ coctum, & fumo torrefactum sinciput fissâ aure comedam? Vt scilicet hæres tuus ille adeò gratus, nepos, inquam, & helluo olim delicatissimis epulis, & anseris extis satur, ubi morosa vena vago inguine, aut mentula singultiet, & per intervalla palpabit, libidinem explorere, & cum patritis, & nobilibus matronis rem habere queat?

73. *Mibi trama figura.*) Ego sim macie, & fame enectus, ut vix ossibus hæream, & alias luxuriosis sumtibus à merelicta disperdat? ut illi venter popa obesus, & benè curatus pinguedine tremat?

Mibi figura.) id est mihi tanquam umbræ, & macie confecto, ut tantum figura, & umbra videar. Est autem trama pannus subtenuis, è solo subtegmine, ita dictus, quod frigus eam trameat, vel transmetat, ut notat Varro lib. 4. de lingua Latina.

74. *Popaventer.*) A popis, qui popæ victimarii erant, & se hostiarum visceribus bene curabant. vel à Popanis panibus, ut vult vetus interpres.

75. *Vende animam Incro.*) Ita vel nepos erit luxuriosus, ut perdat bona, quisquis ei aliquid relinquit: vel adeò avarus, cuin nihil sufficiat, nedū id quod tu illi reliqueris: Qui vel animam lucro vendat, qui mercetur solers, & inquies omne latus mundi excutiat, & penetret, ne alias præstantior, & ditione sit venalitarius, qui plures servos habeat, vel cappadocas in catastâ plures venales habeat, qui rem dupliceret, quod ubi fecit, triplicem efficere studeat, inde quadruplicem: inde etiam vel decuplam, qui nullâ mettam, nullum finem multiplicandarum facultatum inveniat, nec unquam foritem, vel coacervationem, ut docuit Chrysippus Philosophus finire queat, & ejus finem, vel conclusionem invenire, id est nunquam possit sistere, vel quiescere.

77. *Cappadocas pavisse.*) Mango, vel venalitarius intelligitur, qui mancipiorum greges venales habeat. Venales autem in Catastâ ponebantur, ut in eis ornia membra possent inspici. Cappadocas dicit mancipia pessima, quæ studium naturale ad falsa testimonia habebant, qui nutriti in tormentis, equuleum à pueritia sibi facere dicti sunt, & in eo se invicem torquere, ut cum in pœna perdurarent, ad falsa testimonia se benè venundarent.

79. *Iam decies credit in rugas.*) Variè hoc exponunt, quidam ita: Decies crumenam non explet, & eam adhuc rugosam nedum distentam relinquat. Turnebus ex collatione cum Iuvenale, ita: tata sum-

248 COMMENTA IN PERS. SAT. VI.
ma nondum satiat, sed corrugat, & iratum reddit, ad-
ductumque vultum. Sed quid opus explicationibus
adeo longe petitis, cum illud in rugas decies redire,
idem quod decies multiplicari sit. Metaphorâ du-
ctâ à plicis, quæ quoties adjiciuntur aliis prioribus,
toties rugam exhibent. Cum enim dixit ad avarum
illum insatiabilem: Rem duplica, respondet ille: jam
feci & duplicavi, jam res mihi est triplex, jam quar-
tò, vel quartâ vlce, jam decies mea res mihi in rugas
redit, id est multiplicatur, &c.

80. *Inventus Chrysippe tui finitor acervi.*) Hoc de
Syllogismo acervali, qui Sorites dicitur, sine contro-
versia intelligendum. Ejus Syllogismi interroga-
tionibus quomodo respondentum esset (captiolus
enim est vel Horatio teste, Dum cadat elusus ratio-
ne ruentis acervi) excogitaverat Chrysippus:
Dixerat enim quiescendum esse, quod
Persius dicit sistere:

*Finis Satyrorum PersI, & in eas
Commentariorum.*